quia excitavi iracundiam tuam,
et malum coram te feci,
non facta voluntate tua,
mandatis tuis non custoditis,
Et nunc flecto genu cordis mei,
precans a te bonitatem. [*Orat. Manassis.*]
Peccavi, Domine, peccavi,
Et iniquitates meas agnosco,
Quare peto rogans,
Remitte mihi, Domine, remitte mihi. [*Ibid.*]
Et ne simul perdas me cum iniquitatibus meis,
neque in æternum iratus
reserves mala mihi,
neque damnes me
in infima terræ loca.
Quia tu es Deus, Deus pœnitentium,
et in me ostendes omnem bonitatem tuam,
quia indignum salvabis me
secundum magnam misericordiam tuam,
et laudabo te semper. [*Ibid.*]

Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι,
Κύριε, μόνον εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσομαι.
Κύριε σῶσον.
Οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα;
Εἰπέ μοι, Θάρσει, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.
Ἰησοῦ, Ἐπιστάτα, ἐλέησόν με.
Ὁ υἱὸς Δαβὶδ Ἰησοῦ, ἐλέησόν με,
Ἰησοῦ υἱὲ Δαβὶδ,
υἱὲ Δαβίδ.
Κύριε, εἰπέ μοι, Ἐφφαθά.
Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω.
Κύριε, εἰπέ μοι, Ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου.
Εἰπὲ τῇ ψυχῇ μου, Σωτηρία σου ἐγώ.
Εἰπέ μοι, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου.
Ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος;
ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου;
Μὴ μνησθῇς ἀνομιῶν ἡμῶν ἀρχαίων·
ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς
οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε,
ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα.
Βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν,
ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου
Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς,
καὶ ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν,
ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

Πάντα τὰ	*ἡττήματα,*	*ὀφειλήματα,*
	ὑστερήματα,	*ἁμαρτήματα,*
	ὀλισθήματα·	*πλημμελήματα,*
	πταίσματα,	*ἀγνοήματα,*
	παραπτώματα,	*ἀνομήματα,*

Domine, si vis, potes me mundare,
Domine, tantum dic verbo, et sanabor, *Matt.* viii. 2, 8.
Domine, salvum fac. [*Matt.* viii. 25.]
Non ad te pertinet quia perimus? *Marc.* iv. 38.
Dic mihi, Confide: remittuntur tibi peccata tua. *Matt.* ix. 2.
Jesu præceptor, Miserere mei. *Luc.* xvii. 13.
Jesu fili David, Miserere mei, *Marc.* x. 47.
Jesu, fili David,
fili David.
Domine, dic mihi, Epphatha, *Marc.* vii. 34.
Domine, hominem non habeo. *Joan.* v. 7.
Domine, dic mihi, Dimissus es ab infirmitate tua. *Luc.* xiii. 12.
Dic animæ meæ, Salus tua ego sum. *Psal.* xxxv. 3.
Dic mihi, Sufficit tibi gratia mea. [2 *Cor.* xii. 9.]
Usquequo, Domine, irasceris in finem?
accendetur, velut ignis, zelus tuus?
Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum;
cito anticipent nos
misericordiæ tuæ, Domine,
quia pauperes facti sumus nimis.
Adjuva nos Deus, Salutaris noster,
propter gloriam nominis tui
Domine, libera nos,
Et propitius esto peccatis nostris
propter nomen tuum. *Psal.* lxxix. 5. 8. 9.

Omnes	Culpas,	Debita,
	Defectus,	Peccata,
	Lapsus,	Delicta,
	Offensas,	Ignorantias,
	Prolapsiones,	Iniquitates,

προσκόμματα, ἀσεβήματα,
παραβάσεις, ἀδικήματα,
ἀλισγήματα.

Τὸ ὑπεύθυνον,

χάρισαι, συγχώρησον,
ἄφες, συγγνῶθι,
ἵλεως ἴσθι, φεῖσαι,
μὴ λογίσῃς, μὴ στήσῃς.
μὴ μνησθῇς,

Τὸ ῥυπαρὸν,

πάρες, ὑπέρβαινε,
παρόρα, ὑπερόρα,
κάλυψον, ἀπόλυσαι,
ἐξάλειψον, καθάρισον.

Τὸ σύντριμμα,

ἄνες, ἴασαι, σῶσον ἀπὸ,
αἶρε, ἀνένεγκε, περίελε,
κατάργησον, ἀθέτησον, διασκέδασον.

Μὴ εὑρηθῶσι. Μὴ ὑπάρξωσι.

Ἐπιχορηγῆσαι

ἐν τῇ { πίστει ἀρετὴν,
ἀρετῇ γνῶσιν,
γνώσει ἐγκράτειαν,
ἐγκρατείᾳ ὑπομονὴν,
ὑπομονῇ εὐσέβειαν,
εὐσεβείᾳ φιλαδελφίαν,
φιλαδελφίᾳ ἀγάπην. }

Καὶ μὴ λαβόντα με λήθην τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι ἁμαρτιῶν, σπουδάσαι βεβαίαν ἐμοῦ τὴν κλῆσιν καὶ τὴν ἐκλογὴν ποιῆσαι δι' ἔργων ἀγαθῶν·

Offendicula, Impietates,
Transgressiones, Injustitias,
Pollutiones.

Reatus,

Gratiam fac, Veniam da,
Dimitte, Ignosce,
Propitius esto, Parce,
Ne imputes, Ne statuas,
Ne memineris.

Macula,

Transi, Præteri,
Ne respice, Dissimula,
Tege, Ablue,
Dele, Purga.

Languor,

Remitte, Medere, Sana,
Tolle, Aufer, Transfer,
Abole, Abroga, Dissipa.
Ne inveniantur. Ne sint.

Ministrare

In { Fide Virtutem,
Virtute Scientiam,
Scientia Abstinentiam,
Abstinentia Patientiam,
Patientia Pietatem,
Pietate Amorem fraternitatis,
Amore fraternitatis Charitatem. }

Neque oblivionem accipere purgationis veterum meorum delictorum, sed satagere per bona opera certam meam vocationem, et electionem facere. 2 *Pet.* i. 5. [7. 9. 10.]

ΠΙΣΤΕΥΩ εἴς σε τὸν Πατέρα,
Ἰδοὺ δή, ἐὰν Πατὴρ σύ, καὶ ἡμεῖς υἱοί,
καθὼς οἰκτείρει ὁ Πατὴρ υἱούς,
εὐσπλάγχνιζε σὺ περὶ ἡμῶν, Κύριε.
Πιστεύω εἴς σε τὸν Κύριον,
Ἰδοὺ δή, ἐὰν Κύριος σύ, καὶ ἡμεῖς δοῦλοι,
οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἴς σε τὸν Κύριον ἡμῶν,
ἕως οὗ οἰκτειρῆσαί σε ἡμᾶς.
Πιστεύω ὅτι ἐὰν ἡμεῖς οὔθ' υἱοί, οὔτε δοῦλοι,
ἀλλὰ κυνάρια μόνον,
ἐξῆν ἡμῖν ἐσθίειν ἐκ τῶν ψιχίων πιπτόντων ἀπὸ τῆς
τραπέζης σου.
Πιστεύω, ὅτι ὁ Χριστὸς ἀμνός ἐστι τοῦ Θεοῦ,
ἀμνὲ Θεοῦ ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου,
αἶρε καὶ τὰς ἐμοῦ.
Πιστεύω, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν εἰς
τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι·
ὃς ἦλθες σῶσαι τοὺς ἁμαρτωλούς,
κἀμὲ σῶσον τῶν ἁμαρτωλῶν
πρώτιστον καὶ μέγιστον.
Πιστεύω, ὅτι ἦλθεν ὁ Χριστὸς σῶσαι τὸ ἀπολωλός·
ὃς ἦλθες σῶσαι τὸ ἀπολωλός,
μήποτ' ἐᾷς, Κύριε, ἀπολέσθαι ὃ ἔσωσας.
Πιστεύω, ὅτι τὸ Πνεῦμα ζωῆς Κύριος καὶ δωτήρ·
ὃς ἔδως μοι ψυχὴν ζῶσαν,
Δὸς τὸ μὴ λαβεῖν ἐπὶ τῷ ματαίῳ
τὴν ψυχήν μου.
Πιστεύω, ὅτι τὸ Πνεῦμα ἐν τοῖς ἁγιάσμασιν αὐτοῦ
χάριν μεταδίδωσι,
Δὸς ἐμοὶ μὴ εἰς κένον τὴν χάριν

CREDO in te Patrem,
Ecce! siquidem tu Pater, et nos filii,
Quomodo miseretur pater filiorum,
miserere et tu nobis, Domine. *Psal.* ciii. 13.
Credo in te Dominum,
Ecce! siquidem tu Dominus et nos servi,
Oculi nostri ad te Dominum nostrum,
donec misereare nostri. *Psal.* cxxiii. 2.
Credo, quod etsi nos neque filii, neque servi,
sed catelli tantum,
Utique liceret nobis comedere de micis cadentibus
de mensa tua. *Marc.* vii. 28.
Credo, quod Christus sit Agnus Dei:
Agne Dei, qui tollis peccata mundi, *Joan.* i. 29.
tollas et mea.
Credo, quod Jesus Christus venit in mundum
peccatores salvos facere: 1 *Tim.* i. 15.
Qui venisti salvos facere peccatores,
et me salvum fac, peccatorum
primum et summum.
Credo, quod venit Christus redimere perditum:
Qui venisti redimere perditum, *Matt.* xviii. 11.
Ne sinas perdi per te redemptum.
Credo, quod Spiritus vitæ Dominus et dator: *Symb. Nicen.*
Qui mihi dedisti animam viventem, [*Gen.* ii. 7.]
Da ne incassum accipiam
animam meam.
Credo, quod Spiritus in Sacramentis Ipsius
gratiam impertit:
Da mihi ne in vacuum gratiam Ipsius

αὐτῶν δέξασθαι, μήτε ἐλπίδα τῶν
ἁγιασμάτων αὐτοῦ.
Πιστεύω, ὅτι τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν
στεναγμοῖς ἀνεκλαλήτοις.
Ὑπερεντεύξεως αὐτοῦ καὶ ἐκείνων
τῶν στεναγμῶν
δὸς μετέχειν με, Κύριε.
Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν,
ἤλπισαν, καὶ σὺ ἐρρύσω αὐτούς.
Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν καὶ ἐσώθησαν,
ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ
οὐ κατῃσχύνθησαν·
Ὡς τοὺς ἐν πάλαι γενεαῖς πατέρας ἡμῶν,
οὕτω καὶ ἡμᾶς ῥῦσαι, Κύριε,
ἐλπίζοντας ἐπὶ σοί.

ΕΠΟΥΡΑΝΙΕ *Βασιλεῦ,*
τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν στερέωσον,
τὴν πίστιν στήριξον,
τὰ ἔθνη πράϋνον,
τὸν κόσμον εἰρήνευσον,
τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην
καλῶς διαφύλαξον.
Καὶ ἡμᾶς ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει
καὶ μετανοίᾳ παράλαβε,
ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ποιμανάτω με ἡ δύναμις τοῦ Πατέρος,
Φωτισάτω ἡ σοφία τοῦ Υἱοῦ,
Ζωοποιείτω ἡ ἐνέργεια τοῦ Πνεύματος.

recipiam, neque spem 2 *Cor*. vi. 1.
Sacramentorum Ipsius.
Credo, quod Ipse Spiritus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus: *Rom*. viii. 26.
Postulationis Ipsius et istorum
gemituum inenarrabilium
fac me participem, Domine.
In te speraverunt patres nostri,
Speraverunt, et liberasti eos.
Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt,
in te speraverunt, et
non sunt confusi. *Psal*. xxii. 4, 5.
Ut in priscis sæculis patres nostros,
ita et nos libera, Domine,
qui in te speramus.

CŒLESTIS Rex,
Fideles reges nostros confirma,
Fidem stabili,
Gentes mitiga,
Orbem paca,
Sacrum Collegium hoc
probe conserva.
Et nos in orthodoxa fide,
et pœnitentia recipe,
Bonus sicut es et hominum amans.

Regat me potentia Patris,
Illuminet sapientia Filii,
Vivificet virtus Spiritus Sancti.

Φύλαξον τὴν ψυχὴν,
στήριξον τὸ σῶμα,
τὰ αἰσθητήρια ἀνύψωσον,
τὴν ἀναστροφὴν διόρθωσον,
τὰ ἤθη ῥύθμισον,
τὰς πράξεις εὐλόγησον,
εὐχὰς τελείωσον,
μελέτας ἁγίας ἔμπνευσον,
τὰ προγεγονότα συγγνῶθι,
τὰ παρόντα ἐπανόρθωσον,
τὰ μέλλοντα πρόφθασον.

Τῷ *δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι, ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν,*

αὐτῷ ἡ δόξα
ἐν τῇ Ἐ*κκλησίᾳ ἐν* Χ*ριστῷ,*
εἰς πάσας τὰς γενεὰς
τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων,
Ἀ*μήν.*

Εὐ*λογηθήτω, ἐπαινηθήτω, ἀνυμνηθήτω,*
μεγαλυνθήτω, ὑπερυψωθήτω, δοξασθήτω,
ἁγιασθήτω
τὸ ὄνομα σὸν, Κ*ύριε,*
ἡ ἀνάμνησις, καὶ ἡ μνήμη,
καὶ πᾶν μνημόσυνον
αὐτοῦ.

Animam	custodi,
Corpus	subleva,
Sensus	erige,
Cursum	dirige,
Mores	compone,
Actus	benedic,
Vota	perfice,
Cogitationes sanctas	inspira,
Præterita	indulge,
Præsentia	emenda,
Futura	præveni.

Ei, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis,

Ipsi Gloria
in Ecclesia, in Christo
in omnes generationes,
sæcula sæculorum.
Amen. *Eph.* iii. 20, 21.

Benedicatur, laudetur, celebretur,
magnificetur, superexaltetur, glorificetur,
sanctificetur
Nomen tuum, Domine,
recordatio et mentio,
et omnis ejus
memoria.

Ὑπὲρ τῆς τῶν
- Πατριαρχῶν παντίμου γερουσίας,
- Προφητῶν ἀεισεβαστοῦ χοροῦ,
- Ἀποστόλων πανευκλέους δωδεκάδος
- Εὐαγγελιστῶν,
- Μαρτύρων πανευφήμου στρατιᾶς,
- Ὁμολογητῶν,
- Διδασκάλων συλλόγου,
- Ἀσκητῶν,
- Παρθένων καλλονῆς,
- Νηπίων γλυκασμοῦ τοῦ κόσμου,

τῆς πίστεως, τοῦ ζήλου,
τῆς ἐλπίδος, τῆς σπουδῆς,
τῶν πόνων, τῶν δακρύων,
τοῦ ἀληθοῦς, τῆς ἁγνείας,
τοῦ αἵματος, τοῦ εὐπρεποῦς·

Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι,
Δόξα σοι τῷ δοξάσαντι αὐτοὺς,
ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς σε δοξάζομεν.

Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου,
Κύριε, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ,
Δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου,
ὁ Βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν ἁγίων.
Τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε, Κύριε,
καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου ;
ὅτι μόνος ἅγιος ὅσιος εἶ,
Ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι,
καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου,
ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν.

Propter {
Patriarcharum honoratissimum Senatum,
Prophetarum semper venerandum Chorum,
Apostolorum duodecim celeberrimum Cœtum,
Evangelistarum,
Martyrum inclytum Exercitum,
Confessorum,
Doctorum Cœtum,
Ascetarum,
Virginum pulchritudinem,
Innocentium delicias mundi,

Fidem,	Zelum,
Spem,	Studium,
Labores,	Lacrymas,
Veritatem,	Puritatem,
Sanguinem,	Decorem;

Gloria tibi, Domine, gloria tibi,
Gloria tibi, qui illos glorificasti,
in quibus et nos te glorificamus.

Magna et mirabilia sunt opera tua,
Domine, Deus omnipotens.
Justæ et veræ sunt viæ tuæ,
Rex Sanctorum.
Quis non timebit te, Domine?
et magnificabit nomen tuum?
quia solus pius es.
Quoniam omnes gentes venient,
et adorabunt in conspectu tuo.
Quoniam judicia tua manifesta sunt. *Apoc.* xv. 3, 4.

Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ,
καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν
οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι,
Ἀλληλούϊα.
Ὅτι *ἐβασίλευσε* Κύριος,
ὁ Θεὸς ἡμῶν παντοκράτωρ,
χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα,
καὶ δῶμεν τὴν δόξαν
αὐτῷ.
Ἰδοὺ *ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ,*
μετὰ τῶν ἀνθρώπων,
καὶ σκηνώσει μετ᾽ αὐτῶν,
Καὶ *αὐτοὶ λαὸς αὐτοῦ ἔσονται, καὶ*
αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ᾽ αὐτῶν.
Καὶ *ἐξαλείψει πᾶν δάκρυον*
ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν,
καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι,
οὔτε κραυγή,
οὔτε πόνος οὐκ ἔσται ἔτι,
ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον.

Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus,
et qui timetis eum,
pusilli et magni, *Apoc.* **xix.** 5.
Alleluja.
Quoniam regnavit Dominus,
Deus noster omnipotens,
Gaudeamus, et exsultemus,
et demus gloriam ei. [*Vers.*] 6, 7.

Ecce tabernaculum Dei
cum hominibus,
et habitabit cum eis.
Et ipsi populus Ejus erunt : et
Ipse Deus cum eis erit,
et absterget omnem lacrymam
ab oculis eorum.
Et mors ultra non erit,
neque clamor,
neque dolor erit ultra,
quia prima abierunt. *Apoc.* xxi. **3,** 4.

ΑΓΑΘΥΝΟΝ, ΚΥΡΙΕ,

ἐπίσκεψαι ἐν οἰκτιρμοῖς σου

τὴν κτίσιν σου ἅπασαν, *κόσμον,*
τὸ γένος ἡμέτερον ἅπαν, *οἰκουμένην,*
τὴν κόσμου πολιτείαν,
τὴν καθ' ὅλου Ἐκκλησίαν, *Χριστιανισμόν,*
τὰς Ἐκκλησίας, } *καθ' ἕκαστα·*
τὰς πολιτείας,
τὴν Ἐκκλησίαν, } *ἐν ἡμῖν·* *πατρίδα,*
τὴν πολιτείαν
τὰς ἐν ἑκατέρᾳ τάξεις,
τὰ ἐν τάξεσι πρόσωπα, *ἱερατικήν,*
τοῦ Βασιλέως,
τοῦ ἄρχοντος,
τὴν πόλιν,
Τὴν παροικίαν, ἐν ᾗ ἐβαπτίσθην, τῶν Παναγίων Βερκύγγ.
τὰς δύο σχολάς,
τὴν ἀκαδημίαν,
τὸ συνέδριον,
τὴν παροικίαν, ἣν ἐπιστεύθην, τοῦ ἁγίου Αἰγιδίου,
τὴν Πεμβροχαύλην,
τὰς Ἐκκλησίας τρεῖς, { *τῆς Πηγῆς Μεσημβρινῆς,* / *τοῦ ἁγίου Παύλου,* / *τοῦ Ἐπιζεφυρίου Μοναστηρίου,*

BENEFAC, DOMINE,
Visita in misericordia tua

Creaturam tuam universam,	Mundum,
Omne genus nostrum,	Terram habitalem,
Imperia mundi,	
Catholicam Ecclesiam,	Christianismum,
Ecclesias } sigillatim, Imperia }	
Ecclesiam } in nobis, Imperium }	Patriam,
Ordines utriusque,	
In ordinibus personas,	Sacerdotium,
Regis,	
Principis,	

Urbem,
Parœciam, in qua baptizatus sum, Berking Omnium, Sanctorum,
Scholas duas,
Academiam,
Collegium,
Parœciam, quæ mihi concredita est, S. Ægidii,
Aulam Pembrochianam,
Ecclesias tres { Southwell,
S. Pauli,
Westmonasterii,

τὰς Διοικήσεις τρεῖς, { τῆς Κικεστρίας, τῆς Ἐλεοπόλεως, τῆς τῶν Σιμήνων Οὐιντονίας.

Τὸν οἶκον,
τοὺς συγγενεῖς,
τοὺς ἐλεοῦντας,
τοὺς διακονοῦντας,
τοὺς γείτονας,
τοὺς φίλους,
τοὺς συνιστωμένους,

Συνιστῶ, Κύριέ, σοι

τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμά μου,
τὸν νοῦν, καὶ τὰς ἐννοίας,
τὰς εὐχὰς, καὶ προσευχὰς,
τὰ αἰσθητήρια, καὶ τὰ μέλη,
τοὺς λόγους, καὶ τὰ ἔργα,
τὴν ζωὴν, καὶ τὸν θάνατόν μου,
τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς,
τοὺς παῖδας αὐτῶν,
τοὺς { εὐεργέτας, εὐνόους, οἰκείους, γείτονας,
τὴν πατρίδα,
λαὸν Χριστιανὸν ἅπαντα.

Συνιστῶ σοι, Κύριε,

ὁρμὰς,
ἀφορμὰς,

Diœceses tres { Cicestriæ,
Eleopolis,
Ventæ Simenorum,

Domum,
Cognatos,
Misericordiam exhibentes,
Ministrantes,
Vicinos,
Amicos,
Recommendatos.

Commendo tibi, Domine,
Animam, et corpus meum,
Mentem, et cogitationes,
Vota, et orationes,
Sensus et membra,
Verba et opera,
Vitam et mortem meam,
Fratres et sorores,
Liberos ipsorum,
Benefactores,
Benevolos,
Propinquos,
Vicinos,
Patriam,
Omnem Populum Christianum.

Commendo tibi, Domine,
Nisus,
Cœpta,

προαιρέσεις,
ἐπιχειρήσεις,
ἔξοδον, καὶ εἴσοδον,
κάθεδραν, καὶ ἔγερσιν.

Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς,
καί σοι ἀποδοθήσεται εὐχή.
Ἄξιος εἶ ὁ Κύριος, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἅγιος,
λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν,
καὶ τὴν δύναμιν.
Ὁ εἰσακούσας τῆς προσευχῆς,
πρὸς σὲ ἥξει πᾶσα σὰρξ,
ἥξει καὶ ἧδε·
Ἀλλὰ λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἐμὲ,
ταῖς ἀσεβείαις μου
σὺ ἱλάσῃ.
Τοῦ ἥκειν τοῦ ἐξομολογεῖσθαί με
μετὰ πάντων τῶν ἔργων σου,
καὶ μετὰ τῶν Ὁσίων σου
εὐλογῆσαί σε.
Κύριε, τὰ χείλη μου ἀνοίξεις,
καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ
τὴν αἴνεσίν σου.

Αἰνεῖ ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον,
ἀνθ' ὧν εὖ ἔδρασε,
τὴν κτίσιν ἅπασαν,
τὸ γένος ἡμέτερον ἅπαν.
Ἀνθ' ὧν ἔλεος ἐποίησας μετ' ἐμαυτοῦ,
τὴν ψυχὴν,

Proposita,
Conatus,
Exitum, et introitum,
Sessionem, et resurrectionem.

Te decet hymnus, Deus,
et tibi reddetur votum. *Psal.* lxv. 1.
Dignus es, Domine, Deus noster sanctus,
accipere gloriam, et honorem,
et virtutem. *Apoc.* iv. 11.
Qui exaudis orationem,
ad te veniet omnis caro,
veniet et hæc; *Psal.* lxv. 2, 3.
Sed verba iniquorum prævaluerunt
super me, et impietatibus meis
tu propitiaberis. [*Vers.* 3.]
Ut veniam et confitear
cum omnibus operibus tuis,
et cum Sanctis tuis
benedicam tibi. [*Psal.* cxlv. 10.]
Domine, labia mea aperies,
et os meum annunciabit
laudem tuam. [*Psal.* li. 15.]

Laudat anima mea Dominum,
Propterea quod benefecit
Creaturæ universæ,
Generi nostro universo.
Propterea quod gratiam feceris mecum,
Anima,

τὸ σῶμα,
τὰ βιωτικὰ,
περὶ δώρων { χάριτος, φύσεως, κόσμου.
Περὶ πάντων
ὧν εὐπέπονθα,
ὧν κατευόδωσα { ἔμπροσθεν, ἤδη·
περὶ εἴτινος εὖ ἔδρασά ποτε.
ὑγιεία,
εὐφημία,
αὐτάρκεια,
ἀσφάλεια,
ἐλευθερία,
ἡσυχία.

Οὐχὶ ἐκκόψας, ὡς ὑφάντης, βίον μου,

Οὐχὶ ἀφ' ἡμέρας ἕως νυκτὸς διασώζεις με.
Ἐχαρίσατό μοι ζωὴν καὶ πνοὴν
μέχρι τῆς ὥρας ταύτης,
ἐκ παιδίας μου, ἐξ ἡλικίας, καὶ μέχρι τούτου,
ἕως τοῦ γήρατος.
Θέσο ψυχήν μου ἐν ζωῇ,
καὶ οὐκ ἀφήσεις ἀπορρεῖν τὸν πόδα μου.
Ῥύσας με ἐκ κινδύνων, νοσημάτων,
πτωχείας, δουλείας, αἰσχύνης
δημοσίας, συμπτωμάτων κακῶν.
Μὴ παραδοὺς ἐμὲ συναπολέσθαι ταῖς
ἁμαρτίαις μου,

Corpore,
Necessariis ad vitam,
circa dona { Gratiæ, Naturæ, Sæculi.
Circa omnia
quæ accepi beneficia,
quibus mihi bene successit { olim, nunc.
Circa siquod beneficium dederim unquam.
Sanitas,
Bona fama,
Mens contenta,
Incolumitas,
Libertas,
Quies.

Quoniam non præscidisti, sicut textor, vitam meam, dum adhuc ordirer,
Nec de mane usque ad vesperam abstulisti me. [*Is*. xxxviii. 12.]
Concessit mihi vitam et spiritum,
usque ad hoc momentum,
A pueritia, et juventute, et huc usque,
usque ad senectam et senium. *Psal.* lxxi. 15.
Ponas animam meam ad vitam,
et non dabis in commotionem pedem meum. *Psal.* lxvi. 8.
Qui eripuisti me ex periculis, morbis,
egestate, servitute, pudore
publico, incursibus malis.
Qui non allisisti me
in manu iniquitatis meæ,

Τὴν ἐμὴν πάντως ἀναμένων
ἐπιστροφήν·
Ἐγκαταλείψας ἐν ἐμοὶ,
ἐπιστροφὴν εἰς καρδίαν,
ἀνάμνησιν τῶν ἐσχάτων,
ἐντροπὴν, φρίκην, λύπην τινα,
περὶ τῶν προγεγονότων μοι ἁμαρτημάτων·
Πλείω καὶ μείζω, μείζω καὶ πλείω,
μᾶλλον καὶ μᾶλλον, ὦ Κύριε·
Χορηγήσας μοι ἐλπίδας ἀγαθὰς,
περὶ τῆς ἀφέσεως αὐτῶν,
Διὰ τῆς μετανοίας καὶ τῶν ἔργων αὐτῆς,
τῇ ἐξουσίᾳ τῶν τρισαγίων
κλειδῶν, καὶ μυστηρίων
τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ σου.
Ὅτι ἡμέραν καθ' ἡμέραν
ἀντὶ τῶνδε τῶν εὐεργεσιῶν σου εἰς ἐμὲ
τῶν μεμνημενων μοι,
Ὅτι δὲ ἀντὶ καὶ ἄλλων πάνυ πολλῶν ἐπιλελησμένων,
διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν,
διά τε τὴν λήθην μου,
Τῶν τε εἰς ἐμὲ ἑκόντα, γνόντα, αἰτοῦντα,
καὶ τῶν εἰς οὐκ αἰτοῦντα, ἀγνοοῦντα, ἄκοντα
πεποιημένων,
Ὁμολογῶ, καὶ εὐχαριστῶ σοι,
Εὐλογῶ καὶ ἐπαινῶ σε, ὡς εἰκὸς, καὶ ὁσημέραι,
Εὔχομαί τε ἐξ ὅλης ψυχῆς,
Καὶ ἐξ ὅλης διανοίας εὔχομαι.

Exspectans plane meam
conversionem:
Relictis in me,
Conversione ad cor,
Memoria novissimorum,
Verecundia, horrore, dolore
præcedentis peccati.
Plus et magis, magis et plus,
adhuc et adhuc, Domine.
Qui concessisti mihi spes bonas,
circa remissionem ejus,
Pœnitentia, et operibus ipsius,
Potestate sanctissimarum
Clavium, et Sacramentorum
in Ecclesia tua.
Quod de die in diem
Pro his tuis in me beneficiis
mihi memoratis,
Quodque etiam pro aliis permultis præteritis
præ multitudine sua,
et oblivione mea,
In me tum volentem, scientem, petentem,
Tum in non petentem, ignorantem, invitum
collatis,
Confiteor, et tibi gratias ago,
Benedico, et laudo te pro virili, et quotidie:
Precorque ex tota anima,
Et ex tota mente precor.

Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι
Δόξα σοι, καὶ δόξα τῷ Παναγίῳ σου ὀνόματι,
    διὰ πάσας σου ἐνθέους τελειότητας
        ἐν αὐταῖς·
Διὰ τὸν ἀνέκφραστον καὶ ἀνείκαστον ἀγαθωσύνην,
    καὶ ἔλεός σου εἰς ἁμαρτωλοὺς,
        καὶ ἀναξίους,
    καὶ εἰς ἐμὲ τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν πάντων
        πάνυ ἀναξιώτατον·
            Ναὶ ὦ Κύριε,
    Διὰ ταύτης, διά τε τῶν ἄλλων,
Δόξα καὶ ἔπαινος καὶ εὐλογία καὶ εὐχαριστία,
    ταῖς φωναῖς καὶ συμφωνίᾳ φωνῶν,
    Ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων,
Πάντων τε ἐν οὐρανοῖς ἁγίων σου,
    πάσης τε, ἢ ἐν οὐρανοῖς, ἢ ἐπὶ γῆς,
            κτίσεώς σου,
        Καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν
    ἐμοῦ τοῦ ἀναξίου καὶ ταλαιπώρου ἁμαρτωλοῦ,
        τῆς ταπεινῆς κτίσεώς σου,
    καὶ νῦν ἐν ἡμέρᾳ καὶ ὥρα ταύτῃ,
καὶ ὁσημέραι εἰς τὴν ἐσχάτην μου ἀναπνοὴν,
    καὶ εἰς τὴν συντέλειαν τοῦ κόσμου,
    καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Gloria tibi, Domine, tibi gloria,
Gloria tibi, et Sanctissimo tuo Nomini gloria,
propter omnes tuas in ipsis
Divinas perfectiones;
Propter ineffabilem et incomparabilem bonitatem,
et misericordiam tuam in peccatores,
et indignos,
in meque peccatorum omnium
longe indignissimum;
Propter hæc, propterque alia,
Gloria et honor, et laus, et benedictio,
et gratiarum actio,
Linguis, et concentu linguarum,
Angelorumque et hominum,
Omniumque in cœlis Sanctorum tuorum,
Omnisque, qua in cœlo, qua in terra,
Creaturæ tuæ,
Et sub pedes eorum
mei indigni et miseri peccatoris,
Humilis creaturæ tuæ,
Nunc, die hoc, et hora hac,
Et quotidie usque ad extremum meum spiritum,
Et usque ad consummationem sæculi,
et usque ad sæcula sæculorum.

ΠΑΤΕΡ *ὁ κτίσας, ὃν ἔκτισας,*
Υἱὲ *ὁ λυτρώσας, ὃν ἐλύτρωσας,*
Πνεῦμα *ὁ ἀναγεννήσας, ὃν ἀνεγέννησας,*
μὴ διαφθείρῃς.
Μή, Κύριε, *μὴ μνησθῇς τῶν ἡμαρτημένων μοι,*
μήτε τῶν ἡμαρτημένων τοῖς προγόνοις ἡμῶν,
μήτε ἀμύνῃς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, { *αὔτων,* / *ἐμοῦ.* }
Φεῖσαι *ἡμῶν,* Κύριε, { *αὐτῶν,* / *ἐμοῦ.* }
Φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου,
καί, ἐν τῷ λαῷ, δούλου σου,
τοῦ τῷ τιμίῳ σου αἵματι ἠγορασμένου,
καὶ μὴ ὀργίζου ἡμῖν εἰς αἰῶνα.
Ἵλεως, *ἵλεως ἴσθι, φεῖσαι ἡμῶν,* Κύριε,
καὶ μὴ ὀργίζου ἡμῖν εἰς αἰῶνα.
Ἵλεως, *ἵλεως ἴσθι, ἐλέησον ἡμᾶς,* Κύριε,
καὶ μὴ ὀργίζου ἡμῖν ἕως ἅλις.
Μή, Κύριε,
Μὴ *μετ' ἐμοῦ ποιῇς κατὰ τὰς ἀνομίας μου,*
μήτε κατὰ τὰς ἁμαρτίας μου ἀνταποδώῃς ἐμοί,
Ἀλλὰ *κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου ποιῇς μετ' ἐμοῦ,*
καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου
ἀνταποδώῃς μοι.
Κατ' *αὐτὸ τὸ μέγα ἔλεος, καὶ*
Κατ' *ἐκεῖνο τὸ πλῆθος οἰκτιρμῶν,*

PATER Creator, quem creasti,
Fili Redemptor, quem redemisti,
Spiritus Regenerator, quem regenerasti,
Ne corrumpas.
Ne Domine, ne memineris peccatorum meorum,
Neque peccatorum majorum meorum,
Neque vindictam sume de peccatis nostris, {eorum, meis.}
Parce nobis, Domine, {iis, mihi.}
Parce populo tuo,
Et, in populo, servo tuo,
Pretioso tuo sanguine redempto,
et ne irascaris nobis in sæculum. [*Litan. Angl.*]
Propitius, propitius esto, parce nobis, Domine,
Et ne irascaris nobis in sæculum.
Propitius, propitius esto, miserere nobis, Domine,
Et ne irascaris nobis nimis.
Ne, Domine,
Ne facias mihi secundum iniquitates meas,
Neque secundum peccata mea retribuas mihi, [*Ps.* ciii. 10.]
Sed secundum magnam misericordiam tuam facias mihi,
Et secundum multitudinem miserationum
tuarum retribuas mihi.
Secundum magnam istam misericordiam, et
Secundum multitudinem istam miserationum,

ὡς τοὺς ἐν πάλαι γενεαῖς
Πατέρας ἡμῶν,
δι' ὁτιοῦν σοι φίλον γίνεται,
Ἀπὸ πονηροῦ καὶ ἐναντίου παντὸς,
ἐν παντὶ καιρῷ τῆς ἀνάγκης,
ἀπὸ πονηροῦ καὶ ἐναντίου τοῦδε,
ἐν καιρῷ τῷδε,
ἀνάστησον, ἀνάρρυσον, σῶσον, Κύριέ, με.
Ῥῦσαί με, Κύριε,
καὶ μὴ διαφθείρῃς.
Ἐν { *κοίτῃ ἀρρωστίας,*
ὥρᾳ θανάτου,
ἡμέρᾳ κρίσεως, }
ἐν τῇ φρικτῇ καὶ φοβερᾷ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ,
ἀνάρρυσον, Κύριε, καὶ σῶσόν με.
Ἀπὸ { *τοῦ ἰδεῖν τὸ πρόσωπον τοῦ Κριτοῦ σκυθρωπὸν,*
τοῦ σταθῆναι ἐκ τῶν εὐωνύμων,
τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φρικτῆς φωνῆς,
Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ·
τοῦ δεθῆναι ἐν σειραῖς ζόφου,
τοῦ ἐκβληθῆναι εἰς σκότος ἐξώτερον,
τοῦ βασανισθῆναι ἐν ἀβύσσῳ πυρὸς καὶ θείου, }
ὅπου ὁ καπνὸς τῶν βασάνων,
ἀναβαίνει εἰς αἰῶνα.
Ἵλεως, ἵλεως ἴσθι,
φεῖσαι ἡμῶν,
ἐλέησον ἡμᾶς,
ὦ Κύριε,
Καὶ μὴ διαφθείρῃς ἡμᾶς εἰς αἰῶνα,
ῥῦσαι καὶ σῶσον ἡμᾶς.

sicut prioribus sæculis
Patres nostros,
Per quodcunque tibi dulce, aut charum,
Ab omni malo et adverso,
In omni angustiæ tempore.
Ab hoc malo et adverso
In hoc tempore,
Eripe, salva me.
Libera me, Domine,
Et, ne corrumpas.
In { cubili infirmitatis,
hora mortis,
die Judicii,
in tremenda et terribili die illa,
Eripe, Domine, et salva me.
Ne { Vultum Judicis tristem aspiciam, [*Apoc.* vi. 16.]
a sinistris collocer, [*Matt.* xxv. 33.]
horrendam vocem audiam,
Discedite a me; [*Vers.* 41.]
Catenis caliginis vinciar, [2 *Pet.* ii. 4.]
In tenebras exteriores ejiciar, [*Matt.* xxv. 30.]
in stagno ignis et sulphuris torquear,
Ubi fumus tormentorum,
Ascendit in sæculum. [*Apoc.* xiv. 10, 11.]
Propitius, propitius esto:
Parce nobis,
Miserere nobis,
O Domine,
Et ne corrumpas nos in sæculum,
[Libera et serva nos.]

μή, ὦ Κύριε.

Ἵνα δὲ μή,

Ἀπανάστησόν μοι, Κύριε,

[1.] τὴν σκληροκαρδίαν,

[2.] τὸ ἀπηλγῆσθαι μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν,

[3.] τὴν πωροκαρδίαν,

[4.] τὸ ἐξουθενεῖν τὰς ἀπειλάς σου,

[5.] τὸ καυτήριον τῆς συνειδήσεως,

[6.] τὸν νοῦν ἀδόκιμον.*

τὴν ἁμαρτίαν κατὰ Πνεύματος ἁγίου,

τὴν ἁμαρτίαν εἰς θάνατον,

Τὰ τέσσαρα τῶν ἐκφώνων.

* τὰ ἓξ πρόδρομα τῆς κατὰ Πνεύματος ἁγίου.

Ῥῦσαί με

Ἀπὸ τῶν δεινῶν καὶ δυσχερῶν τοῦ κόσμου τούτου,

λοιμοῦ, λιμοῦ, πολέμου,

σεισμοῦ, καταποντισμοῦ, ἐμπρησμοῦ,

πληγῆς ὄμβρων ἀκρατῶν, ἀνομβρίας,

ἀνεμοφθορίας, ἐρυσίβης,

ἐμβροντισμοῦ, ἀστραπῆς, καταιγίδος,

νόσων ἐπιδημίων, ὀξειῶν, καὶ κακῶν,

θανάτου ἀπρονοήτου.

Ἀπὸ τῶν κακῶν καὶ χαλεπῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ,

τῆς ἰδίας ἐπιλύσεως,

τοῦ καινοτομεῖν περὶ τὰ ἱερά.

τοῦ ἑτεροδιδασκαλεῖν,

τοῦ νοσεῖν περὶ τὰς ζητήσεις, καὶ τὰς μάχας ἀπεράντους ποιεῖν.

Ne fiat, O Domine.

Quod ut ne facias,

Aufer a me, Domine,

[1.] Cordis duritiem, *Mar.* xvi. 14.

[2.] Dedolentiam post admissum peccatum, [*Eph.* iv. 19.]

[3.] Cordis cæcitatem, *Mar.* iii. 5, et vi. 52.

[4.] Minarum tuarum contemptum,

[5.] Cauteriatam conscientiam, 1 *Tim.* iv. 2.

[6.] Reprobam mentem. *Rom.* i. 28.*

Peccatum in Spiritum Sanctum. *Mat.* xii. 32.

Peccatum ad mortem. 1 *Jo.* v. 16.

Quatuor clamantia.

* Sex præcurrentia illud
in Spiritum Sanctum.

Libera me

Ab omnibus diris et infestis in hoc sæculo,

Peste, fame, bello,

Terræ motu, inundatione, incendio,

Plaga pluviali, siccitate,

Ærugine, uredine,

Fulmine, fulgure, procellis,

Morbis epidemiis, acutis, et malignis,

Morte improvisa.

Ab atrocibus malis in Ecclesia,

Privati spiritus interpretatione, [2 *Pet.* i. 20.]

Innovatione in rebus sacris, [1 *Tim.* vi. 20.]

Pravis dogmatis spargendis, [1 *Tim.* i. 3.]

Languendo circa quæstiones inutiles
et vanas, [1 *Tim.* vi. 4.]

Ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, σχισμάτων, σκανδάλων
δημοσίων καὶ ἰδίων,
τῆς ἀποθειώσεως τῶν Βασιλέων,
τῆς θωπείας τοῦ δήμου,
τῆς ἀδιαφορίας τοῦ Σαοὺλ,
τῆς καταφρονήσεως τῆς Μιχὰλ,
τῆς κρεάγρας τοῦ Ὀφνεί,
τῆς κατασπάσεως τῆς Γοθολίας,
τῆς ἱερατείας Μιχὰ,
τῆς φρατρίας Σίμωνος *καὶ* Ἰούδα,
τῆς διδαχῆς ἀμαθῶν καὶ ἀστηρίκτων,
τοῦ τύφου νεοφύτων,
τοῦ λαοῦ ἀντιλέγοντος τῷ ἱερεῖ.
Ἀπὸ τῶν κακῶν καὶ χαλεπῶν ἐν τῇ Πολιτείᾳ,
τῆς ἀναρχίας, πολυκοιρανίας, τυραννίδος,
τοῦ Ἀσσοὺρ, Ἱεροβοὰμ, Ῥοβωὰμ, Γαλλίωνος, Ἀμάν,
Ἀχιτοφὴλ *πανουργίας,*
Ζωὰν *ἀβουλίας,*
νομοθεσίας Ὀμρεὶ,
δικαιοκρισίας Ἰεζρεὴλ,
χειμάρρων Βελιὰρ,
πληγῆς Φογὼρ,
φάραγγος Ἀχὼρ,
αἵματος, ἢ σπέρματος μολυσμοῦ,
ἐπιδρομῆς ἀλλοφύλων,
ἐμφυλίου στασιασμοῖ,
ἀποστερήσεως τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν,
τῶν ἐν τέλει ὄντων,
ἐπαναστάσεως τῶν κακῶν καὶ πανούργων
εἰς τὸ ἐν τέλει εἶναι.

Hæresibus, Schismatibus, Scandalis
publicis et privatis, [*Rom.* xvi. 17.]
Apotheosi principum, *Act.* xii. 22.
Adulatione populi, *Act.* xxiv. 27.
Adiaphoria Saulis, 1 *Sam.* xv.
Contemptu Michal, 2 *Sam.* vi. 16.
Fuscina Hophni, 1 *Sam.* ii. 13.
Direptione Athaliæ, 2 *Reg.* xi. [1.]
Sacerdotio Michæ, *Judic.* xvii. 10.
Fraternitate Simonis et Judæ, *Act.* viii. 18. [*Matt.* xxvi. 16.]
Indoctorum et instabilium doctrina, [2 *Pet.* iii. 16.]
Neophytorum superbia, [1 *Tim.* iii. 6.]
Populo contradicente Sacerdoti. [*Os.* iv. 4.]

Ab atrocibus malis in Republica,
Anarchia, multitudine Principum, Tyrannide,
Ashur, Jeroboam, Roboam, Gallione, Haman,
Achitophelis consilio, 2 *Sam.* xv. 31.
Consiliariis Taneos inconsultis, *Isa.* xix. 11.
Legibus Omri, *Mich.* vi. 16.
Judicibus Jezreel, 1 *Reg.* xxi. 15.
Torrentibus Belial, *Psal.* xviii. 4.
Plaga Peor, *Num.* xxv. 5.
Valle Achor, *Jos.* vii. 26.
Sanguinis aut seminis inquinamento, [*Lev.* xviii. 25.
Invasione hostium, *Num.* xxxv. 33.]
Bello Civili,
Eo, ut tollantur boni
e Magistratu,
insurgantmali et subdoli
in magistratum.

'Απὸ βίου ἀβιώτου

[ἐν] δυσθυμίᾳ, ἀσθενείᾳ, δυσφημίᾳ,

ἀπορίᾳ, περικινδυνίᾳ, δουλείᾳ, ἀκαταστασίᾳ.

'Απὸ θανάτου

ἐν ἁμαρτίᾳ, αἰσχύνῃ, βασάνοις,

ἀπονοίᾳ, ῥυπαρίᾳ, βίᾳ,

ἐκ προδοσίας,

'Απὸ θανάτου { *ἀπρονοήτου,* / *ἀθανάτου.* }

A vita non vitali
in mœrore, invaletudine, infamia,
inopia, periculis, servitute, inquietudine.
A morte
in peccato, probro, cum cruciatu,
in vecordia, turpitudine, per vim,
ex proditione,
A morte { improvisa,
æterna.

ΩΣΑΝΝΑ ΕΝ ΥΨΙΣΤΟΙΣ.

ΜΝΗΣΘΗΤΙ *μου, Κύριε,*
ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου,
Ἐπίσκεψαί με ἐν τῷ σωτηρίῳ σου,
τοῦ ἰδεῖν με ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου,
τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους [σου,]
τοῦ εὐχαριστῆσαί σοι μετὰ τῆς κληρονομίας σου.
Ἔστι δὲ δόξα μέλλουσα ἀποκαλυφθῆναι.
Ἐρχομένου γὰρ κριτοῦ,
ἱλαρὸν τὸ πρόσωπον ἰδοῦσί τινες,
ἀπὸ δεξιῶν κατασταθήσονται,
ἀκούσουσι τῆς ἡδίστης φωνῆς,
Δεῦτε, Εὐλογημένοι.
Ἁρπαχθήσονται ἐν νεφέλαις εἰς
ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου,
Εἰσελεύσονται εἰς τὴν χαρὰν,
ἀπολαύσονται τῆς ὁράσεως αὐτοῦ,
πάντοτε σὺν αὐτῷ ἔσονται.
Αὐτοὶ μόνοι, μόνοι αὐτοὶ μακάριοι
ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων.
Ὦ, δός μοι τῷ ἐσχάτῳ τόπον ἔσχατον ἐκεῖ
ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν·
Ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ἐκλεκτῶν σου,
τοῦ ἐσχάτου ἐν αὐτοῖς.

Ἵνα δὲ τοῦτο,

HOSANNA IN EXCELSIS.

Memento mei, Domine,
in beneplacito populi tui,
Visita me in salutari tuo,
Ad videndum in bonitate Electorum tuorum,
Ad lætandum in lætitia gentis tuæ,
Ad laudandum te cum hæreditate tua. *Psal.* cvi. 4,5.
Est autem gloria in futuro revelanda. 1 *Pet.* v. 1.
Sunt enim qui venientis Judicis
Vultum videbunt hilarem, *Job.* xxxiii. 26.
A dextris collocabuntur,
Audient suavissimam vocem,
Venite, Benedicti. [*Matt.* xxv. 33, 34.]
Rapientur in occursum Domini
in nubibus. 1 *Thess.* iv. 17.
Intrabunt in gaudium, *Matt.* xxv. 21.
Fruentur ejus visione,
Semper cum eo erunt. 1 *Thess.* iv. 17.
Hi soli, soli sunt hi beati
in filiis hominum.
Oh! Da mihi infimo locum infimum
sub pedes illorum;
Sub pedes electorum tuorum,
infimi ex illis.

Quod ut fiat,

[illegible] την χαριν ἐνώπιόν σου,
ὥστε ἔχειν με χάριν,
[illegible] λατρεῦσαί σοι εὐαρέστως,
μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας.
[illegible] δὲ καὶ τὴν χάριν δευτέραν,
ὥστε χαριν ἐκείνην,
μὴ εἰς κενὸν δέξασθαί με,
μὴ ὑστερῆσαι ἀπ' αὐτῆς.
[illegible] μὴ ἀμελῆσαι αὐτῆς,
ὥστε ἐκπίπτειν αὐτης.
Ἀλλὰ ἀναζωπυρεῖν αὐτὴν,
ὥστε αὐξάνειν ἐπ' αὐτῇ.
[illegible] ἐπιμένειν αὐτῇ,
μεχρι τῆς συντελείας
τῆς ζωῆς μου.
Καὶ [illegible] καταρτισόν μοι τὰ ὑστερήματα
τῶν χαρισμάτων σου,
[illegible] προσθὲς τῇ ὀλιγοπιστίᾳ.
[illegible] στήριξον ἐλπίδα περίτρομον.
[illegible] ἅπτε λίνον αὐτῆς τυφόμενον.
[illegible] ἐν τῇ καρδίᾳ μου
τὴν ἀγάπην σου,
ὥστε [illegible]
[illegible] φίλον ἐν σοι,
τὸν ἐχθρὸν διὰ σὲ,
ἀγαπᾷν ἐμέ.
[illegible] χαριν τοῖς ταπεινόφροσι,
[illegible] χάριν δὸς τοῦ ταπεινόφρονα εἶναι.
[illegible] σε οὔποτ' ἀνιεὶς,
[illegible] ἡ καρδία μου τοῦ φοβεῖσθαί σε,

Inveniam coram te gratiam,
Ut habeam gratiam,
per quam serviens placeam tibi,
cum metu et reverentia. *Heb.* xii. 28.
Inveniam autem, et gratiam alteram,
eam gratiam,
ne in vanum recipiam, 2 *Cor.* vi. 1.
Ei ne desim. *Heb.* xii. 15.
Imo vero, ne negligam eam, 1 *Tim.* iv. 14.
adeo ut proinde ab ea excidam. *Gal.* v. 4.
Sed eam resuscitare, 2 *Tim.* i. 6.
adeo ut in ea crescam. 2 *Pet.* iii. 18.
Imo vero ut proinde in ea permaneam, [*Act.* xiii. 43.]
usque ad exitum
vitæ meæ.
Et oh! compleas mihi quæ desunt 1 *Thess.* iii. 10.
Charismatum tuorum:
Fidei, Modicam mihi fidem adauge. [*Luc.* xvii. 5.]
Spei, Spem trepidam confirma. [*Heb.* iii. 6.]
Charitatis, ejus accende linum fumigans. [*Is.* xlii. 3.]
Diffunde in corde meo
Charitatem tuam, *Rom.* v. 5.
ut, sicut tu,
Amicum in te,
Inimicum propter te,
ego diligam.
Qui das gratiam humilibus, *Jac.* iv. 6.
et mihi da gratiam, qua sim humilis.
Qui te timentes nunquam deseris,
Lætetur cor meum, ut te timeat, [*Psal.* lxxxvi. 11.]

ὁ φόβος μου, ἡ ἐλπίς μου,
ἓν φοβηθῶ μόνον,
τὸ φοβηθῆναι τί σου πλέον.
Καθὼς θέλω ἵνα ποιῶσιν ἐμοὶ οἱ ἄνθρωποι,
καὶ ἐγὼ αὐτοῖς ποιῶ ὁμοίως.
Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν,
ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν.

Ἐπίφανον τοῖς καθημένοις ἐν σκότει,
καὶ σκιᾷ θανάτου.
Κατεύθυνον τοὺς πόδας ἡμῶν
εἰς ὁδὸν εἰρήνης·
ὥστε τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις,
Ὀρθοτομεῖν, Ὀρθοποδεῖν,
οἰκοδομεῖν,
ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζειν τὸν Θεόν.
Εἰ δέ τι ἑτέρως,
στοιχεῖν τῷ αὐτῷ κανόνι
εἰς ὃ ἐφθάσαμεν,
τάξιν περικρατεῖν,
εὐσχημοσύνην,
καὶ στερέωμα.

Timor meus, Spes mea. [*Job.* iv. 6.]
Unum modo timeam,
Nequid plus quam te timeam.
Sicut volo ut mihi faciant homines,
et ego illis ita faciam. [*Matt.* vii. 11.]
Non plus sapere quam oportet sapere,
sed sapere ad sobrietatem. [*Rom.* xii. 3.]

Illumina his qui in tenebris,
et in umbra mortis sedent.
Dirige pedes nostros
in viam pacis; *Luc.* i. 79.
Ut idipsum sapiamus in alterutrum, [*Rom.* xv. 6.]
Recte secemus, [2 *Tim.* ii. 15.] Recte incedamus, [*Gal.* ii. 14.]
Ædificemus, [1 *Thess.* v. 11.]
Unanimes, uno ore honorificemus Deum. [*Rom.* xv. 6.]
Veruntamen siquid aliter,
ut in eadem permaneamus regula,
ad quod pervenimus, [*Phil.* iii. 16.]
Retineamus ordinem, [1 *Cor.* xiv. 40.]
decorem
et Firmamentum. [*Col.* ii. 5.]

ΩΣΑΝΝΑ ΕΝ ΕΠΙΓΕΙΟΙΣ.

ΜΝΗΣΘΗΤΙ, Κύριε, τοῦ στεφανοῦν
τὸν ἐνιαυτὸν ἐν χρηστότητί σου.
Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σε ἐλπίζουσι,
σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ.
Ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ
ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας.
Καὶ ἡμῖν, Κύριε, χάρισαι
εὐλογίας οὐρανοῦ καὶ δρόσου ἄνωθεν,
εὐλογίας πηγῶν καὶ ἀβύσσου κάτωθεν,
Ἡλίου τροπὰς, Μηνῶν συνόδους,
κορυφὰς ὀρῶν ἀνατολῆς, βουνῶν αἰωνίων,
πλήρωσιν τῆς γῆς καὶ γεννημάτων αὐτῆς,
εὐετηρίαν, εὐκρασίαν ἀέρων,
εὐσιτίαν, καὶ εὐφορίαν καρπῶν,
εὐεξίαν σωμάτων, καὶ καιροὺς εἰρηνικοὺς,
Εὐαρχίαν, εὐβουλίαν,
εὐνομίαν, εὐδικίαν,
εὐπείθειαν,
Εὐεκδικίαν, εὐπορίαν,
εὐγονίαν, εὐτοκίαν,
εὐτεκνίαν,
εὐτροφίαν, εὐπαιδευσίαν.

HOSANNA IN TERRENIS,

MEMENTO, Domine, coronare
annum benignitate tua. [*Psal.* lxv. 11.]
Oculi enim omnium in te sperant,
Tu das escam eorum in tempore opportuno. [*Ps.* cxlv. 15.]
Aperis tu manum tuam, et
imples omne animal benedictione. [*Ver.* 16.]
Et nobis, Domine, largire
de benedictione cœli, et roris desuper,
de benedictione fontium abyssi subjacentis,
Conversiones Solis, Coitus Lunæ,
de vertice montium Orientis, collium antiquorum,
de frugibus terræ, et plenitudine ejus, [*Deut.* xxxiii. 13—16.]
Copiosum anni proventum, temperiem aeris,
Lætas fruges, et ubertatem fructuum,
Vegetam corporis habitum, et tempora pacifica,
Principes bonos et bene rem gerentes,
Leges æquas, Consilia recta, Judices incorruptos,
Obsequia populi, Magistratus fortitudinem,
Facultatum affluentiam,
Sobolem { conceptu numerosam, partu facilem,
forma et moribus honestam,
incrementis validam, rite institutam.

῞Ωστε
οἱ υἱοὶ ἡμῶν
ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα
ἐν νεότητι·
Αἱ *θυγατέρες*
καλαὶ, ὡς ὁμοίωμα ναοῦ·
Τὰ *ταμιεῖα ἡμῶν*
ἐξερευγόμενα ἐξ αὐτοῦ εἰς αὐτὸ,
τὰ πρόβατα πολυτόκα,
οἱ βόες παχεῖς,
μηδὲν κατάπτωμα φραγμοῦ,
μηδεμία διέξοδος,
μηδεμία κραυγή.
Μ*ίαν ᾐτησάμην παρὰ* Κ*υρίου, ταύτην ζητήσω,*
τὸ κατοικεῖν με ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Κ*υρίου*
πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου·
τὸ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κ*υρίου,*
καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν ἅγιον
αὐτοῦ.
Δ*ύο αἰτοῦμαι παρὰ σοῦ,* Κ*ύριε,*
μὴ ἀφέλῃς μου χάριν πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με,
Μ*άταιον λόγον καὶ ψευδῆ μακράν μου ποίησον.*
Π*λοῦτον καὶ πενίαν μή μοι δῷς,*
σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη.
῞Ινα μὴ πλησθεὶς ὑπερήφανος γένωμαι,
καὶ εἴπω, Τ*ίς ὁ* Κ*ύριος;*
ἵνα μὴ πένης γενηθεὶς κλέψω,
καὶ ἐπομόσω τὸ ὄνομα τοῦ Θ*εοῦ μου.*
Μ*νηθῶ καὶ περισσεῦσαι,*
μνηθῶ καὶ ὑστερεῖσθαι,

Ut
Filii nostri
sint sicut novellæ plantationes
in juventute sua;
Filiæ nostræ
compositæ, ut similitudo templi;
Promptuaria nostra,
eructantia ex hoc in illud,
Oves nostræ fœtosæ,
Boves nostræ crassæ,
Ne sit ruina maceriæ,
neque transitus,
neque clamor. *Psal.* cxliv. 12, 13, 14.
Unam petii a Domino, hanc requiram,
ut inhabitem in domo Domini
omnibus diebus vitæ meæ:
Ut videam voluptatem Domini,
et visitem templum ejus
sanctum. *Psal.* xxvii. 4.
Duo rogavi te, Domine,
Ne deneges mihi antequam moriar,
Vanitatem et verba mendacia longe fac a me.
Mendicitatem, et divitias, ne dederis mihi.
Tribue tantum victûi meo necessaria,
ne forte satiatus, superbus fiam,
et dicam, Quis est Dominus?
aut egestate compulsus furer,
et perjurem nomen Dei mei. *Prov.* xxx. 7, 8, 9.
Discam et abundare,
discam et humiliari,

καὶ ἐν οἷς εἰμὶ, αὐτάρκης εἶναι·
παρεκτὸς δὲ ὧν ἔχω,
Μηδὲν ἐπίγειον, πρόσκαιρον, φθαρτὸν,
μήτε ἐπιθυμῆσαι,
μήτε προσδοκῆσαί ποτε.
Εὐζωΐαν ἐν
εὐσεβείᾳ, σεμνότητι, ἁγνείᾳ,
πάσῃ καλοκἀγαθίᾳ,
εὐθυμίᾳ, ὑγιείᾳ, εὐφημίᾳ,
αὐταρκείᾳ, ἀσφαλείᾳ, ἐλευθερίᾳ,
ἡσυχίᾳ,
Εὐθανασίαν,
Ἀθανασίαν.

et, in quibus sim, sufficiens esse; *Phil.* iv. 11, 12.
Extra quæ habeam vero,
Nihil terrenum, temporarium, caducum,
neque concupiscere,
neque unquam flagitare.
Vitam facilem in
Pietate, gravitate, puritate,
omni probitate,
Cum mente composita, sano corpore, bona fama,
Animo æquo, incolumi conditione, libera,
Ætate tranquilla,
Mortem lenem,
Immortalitatem.

[Η ΔΕΙΛΙΝΗ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ.]

ΤΗΝ ἡμέραν διαβὰς
εὐχαριστῶ σοι, Κύριε.
Ἐγγίζει ἡ ἑσπέρα,
φαιδρὰν αὐτὴν χορήγει.
Ἑσπέρα ὥσπερ τῆς ἡμέρας,
οὕτω καὶ τῆς ζωῆς ἐστὶ,
Ἑσπέρα τῆς ζωῆς τὸ γῆρας,
ἔφθασέ με γῆρας,
φαιδρὸν αὐτὸ χορήγει.
Μή με ἀπορρίψῃς εἰς καιρὸν γήρως,
ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχύν μου,
μὴ ἐγκαταλίπῃς με.
Ἕως γήρως ἴσθι σὺ,
ἕως ἂν καταγηράσω ἀνέχου μου·
Αὐτὸς ποίησον, καὶ αὐτὸς ἄνες,
καὶ αὐτὸς ἀνάληψαι, καὶ
σῶσόν με, Κύριε.
Μεῖνον μετ' ἐμοῦ, Κύριε,
ἤδη γὰρ πρὸς ἑσπέραν μοι ἐστὶ,
καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα
τῆσδε τῆς πολυμόχθου ζωῆς.
Τελειωθήτω ἡ δύναμίς σου
ἐν τῇ ἀσθενείᾳ μου.

Ὤχετ' ἀπιοῦσα ἡ ἡμέρα,
οἴχεται καὶ ὁ βίος,
ὁ βίος ἄβιος.

[OFFICIUM VESPERTINUM.]

DIE transacta,
Ago tibi gratias, Domine.
Appropinquat vespera,
Lætam illam concede.
Sicut diei vespera,
sic est et vitæ.
Vitæ vespera, senectus,
occupavit me senectus,
Lætam illam concede.
Ne projicias me in tempore senectutis,
cum defecerit virtus mea,
ne me derelinquas. *Psal.* lxxi. 9.
Usque ad senectam esto tu ipse,
et usque ad canos porta me;
Tu facias, et tu feras,
Tu portabis, et
salvabis me, Domine. [*Is.* xlvi. 4.]
Mane mecum, Domine,
quoniam advesperascit, *Luc.* xxiv. 29.
Et inclinata est jam dies
laboriosæ hujus vitæ. *Jerem.* vi. 4.
Perficiatur virtus tua
in infirmitate mea. 2 *Cor.* xii. 9.

Abiit decedens dies,
abit et vita,
Vita minime vitalis.

Ἔρχεται νὺξ,
ἔρχεται καὶ θάνατος,
ὁ θάνατος ἀθάνατος.
Ἐγγὺς ὡς τέλος ἡμέρας,
οὕτω καὶ τέλος τῆς ζωῆς.
Μεμνημένοι οὖν καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ,
δεόμεθά σου,
ωστε ἡμῶν τὰ τέλη τῆς ζωῆς
Χριστιανὰ, καὶ εὐάρεστα,
ἀναμάρτητα, ἀνεπαίσχυντα,
(κἂν σοι δοκῇ) ἀνώδυνα,
ἐν εἰρήνῃ κατευθῦναι, Κύριε, Κύριε,
ἐπισυνάγων ἡμᾶς
ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ἐκλεκτῶν σου
ὅτε θέλεις, καὶ ὡς θέλεις,
μόνον χωρὶς αἰσχύνης, καὶ
ἁμαρτημάτων.

Μνησθῆναι τῶν ἡμερῶν τοῦ σκότους, ὅτι πολλαὶ,
εἰς τὸ μὴ ἐκβληθῆναι εἰς σκότος ἐξώτερον.
Μνησθῆναι καὶ φθάσαι τὴν νύκτα,
ἐργαζομένους ἀγαθόν τι.

Ἐγγὺς κρισις,
Καλὴν καὶ εὐπρόσδεκτον ἀπολογίαν,
ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ φρικτοῦ βήματος Ἰησοῦ Χριστοῦ,
χάρισαι ἡμῖν, ὦ Κύριε.

Ἐν ταῖς νυξὶν ἐπαείρω τὰς χεῖρας
εἰς τὰ ἅγια, καὶ εὐλογῶ τὸν Κύριον.
Τῆς ἡμέρας ἐνετείλατο Κύριος *τὸ ἔλεος αὐτοῦ,*

Venit nox,
venit et mors,
Mors immortalis.
Prope, ut finis diei,
sic et finis vitæ.
Memores igitur ipsius et nos
Te rogamus,
Ut nobis exitus vitæ
Christianos, et tibi acceptos,
Peccati, pudoris, et, si
tibi videbitur, doloris expertes.
In pace dirigas, Domine, Domine,
nos colligens
sub pedes electorum tuorum,
ubi voles, et quomodo voles,
duntaxat absque pudore,
et peccato.

Meminisse dies tenebrarum quia multi, *Eccl.* xi. 8.
ne in tenebras exteriores ejiciamur. *Matt.* xxii. 13.
Meminisse et antevertere noctem,
aliquid boni operando. [*Joan.* ix. 4.]

Instat Judicium,
Bonam et acceptam defensionem,
ad tremendum et terribile Jesu Christi tribunal,
Concede nobis, Domine.

In noctibus attollo manus,
in sancta, et benedico Domino. [*Psal.* cxxxiv. 2.]
In die mandavit Dominus misericordiam ejus,

καὶ νυκτὸς ἤδη ἄρα ᾠδὴ αὐτοῦ παρ' ἐμοὶ,
καὶ προσευχὴ τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς μου.
Οὕτως *εὐλογήσω σε ἐν ὅλῃ τῇ ζωῇ μου,*
ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ τὰς χεῖράς μου.
Κατευθυνθήτω *ἡ προσευχή μου,*
ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου·
ἡ ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου,
ὡς ἡ θυσία ἑσπερινή.

Εὐλογητὸς *εἶ,* Κύριε, *ὁ* Θεὸς *ἡμῶν,*
ὁ Θεὸς *τῶν πατέρων ἡμῶν,*
ὁ κτίσας ἀμοιβὰς ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν,
ὁ χορηγῶν ἡμῖν ἀφορμὰς ὕμνων νυκτερινῶν.
ὁ ῥύσας ἡμᾶς ἀπὸ τῆς κακίας τῆς ἡμέρας ταύτης.
ὁ μὴ ὡς ἱστὸν ἐρίθου ἐκτεμὼν τὴν ζωήν μου,
μηδὲ ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας καταλύσας με.

ΟΜΟΛΟΓΗΣΙΣ ΔΕΙΛΙΝΗ.

ΚΥΡΙΕ,

ὡς ἡμέρας ἐπὶ ταῖς ἡμέραις ἡμῶν,
οὕτω καὶ ἁμαρτίαις προστίθεμεν.
Ἑπτάκις *ἡμέρας πεσεῖται ὁ δικαιὸς,*
Ἐγὼ *δ' ὑπὲρ λίαν ἁμαρτωλὸς*
ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ,
Καὶ *ἔκστασιν καὶ φρικτὰ, ὦ* Κύριε.
Ἀλλὰ *ἀποστρέφω*
ἀπὸ τῶν ὁδῶν μου πονηρῶν στενάξας,
καὶ ἐπιστρέφω ἐπὶ τὴν καρδίαν μου,
καὶ ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐπιστρέφω ἐπὶ σέ.

ideo nocte apud me Canticum ejus,
et oratio ad Deum vitæ meæ. *Psal.* xlii. 10.
Sic benedicam tibi in vita mea,
et in nomine tuo levabo manus meas. *Psal.* lxiii. 5.
Dirigatur oratio mea,
sicut incensum in conspectu tuo,
elevatio manuum mearum
Sacrificium vespertinum. *Psal.* cxli. 2.

Benedictus es, Domine, Deus noster,
Deus patrum nostrorum,
qui creasti vices diei et noctis,
qui das carmina de nocte, *Job.* xxxv. 10.
qui liberasti nos a malitia diei hujus, *Matt.* vi. [34.]
qui non præcidisti sicut textor vitam meam,
neque de mane vesperam usque abstulisti me. [*Is.* xxxviii. 12.]

CONFESSIO VESPERTINA PECCATI.

DOMINE,

Sicut dies super dies,
sic peccata super peccata adjicimus. *Ecclus.* v. 5.
Septies in die cadit justus, *Pro.* xxiv. 16.
Ego miser peccator
septuagies septies, *Matt.* xviii. 22.
etiam ad stuporem et mirabilia, O Domine. *Jer.* v. 30.
Sed convertor
a viis meis malis cum gemitu, *Is.* xxx. 15.
et ad cor meum revertor, [*Is.* xlvi. 8.]
et in toto corde ad te revertor, [*Deut.* xxx. 2.]

Ὁ Θεὸς *μετανοούντων, καὶ σωτὴρ ἁμαρτανόντων,*
καὶ ἐπὶ ἑσπέραν καθ' ἑσπέραν ἐπιστρέψω,
ἐξ ἄκρου μυελοῦ ψυχῆς,
καὶ ἐκ βαθέων κράζει σοι ἡ ψυχή μου,
Ἥ*μαρτον,* Κύρι*έ, σοι, ἥμαρτον δεινά σοι,*
ἔα, ἔα, φεῦ, φεῦ, ὢ τῆς ταλαιπωρίας.
Μετανοῶ, *οἴ μοι, μετανοῶ· φεῖσαί μου,* Κύριε,
μετανοῶ, οἴ μοι, μετανοῶ,
βοήθει σὺ τῷ μου ἀμετανοήτῳ.

Ἵλεως *ἴσθι.* Φεῖσαί *μου,* Κύριε,
Ἵλεως *ἴσθι.* Ἐλέησόν *με.*
Ἐγὼ *εἶπα, ἐλέησόν με,* Κύριε,
ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι.
Ἐλέησόν *με,* Κύριε, *κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου,*
καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου
ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου.

Ἄφες *τὸ ὑπεύθυνον,*
ἴασαι τὴν πληγήν,
ἐξάλειψον τὰς κηλῖδας,
ῥῦσαι τῆς ἐκτροπῆς,
ἐξελοῦ τῆς τυραννίδος,
καὶ μή με παραδειγματίσῃς.
Ἐ*κ τῶν ἀναγκῶν ἐξάγαγέ με,* Κύριε,
ἐκ τῶν κρυφίων καθάρισόν με,
ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου·
τοὺς ῥεμβασμοὺς τοῦ νοῦ,
καὶ τὴν ἀργολογίαν,
μὴ στήσῃς μοι.
Π*εριελοῦ πλημμύραν ζοφερὰν καὶ*

Deus pœnitentium, et peccantium Servator,
et de vespera in vesperam revertar,
ex infimis animæ medullis,
et de profundis clamat tibi anima mea, [*Psal.* cxxx. 1.]
Peccavi, Domine, tibi: graviter peccavi tibi,
Vah, vah! Hei, hei miseriam!
Pœnitet, hei mihi! Pœnitet, parce mihi, Domine,
Pœnitet, hei mihi! pœnitet,
Adjuva impœnitentiam meam.

Propitius esto. Parce mihi, Domine.
Propitius esto. Miserere mei.
Ego dixi, Domine, miserere mei,
Sana animam meam, quia peccavi tibi. *Psal.* xli. 4.
Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam,
Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. *Psal.* li. 1.

Dimitte reatum,
Sana languores,
Dele maculas,
de confusione eripe,
de servitute libera,
et ne in me exemplum statuas.
De necessitatibus meis erue me, Domine, *Psal.* xxv. 16.
ab occultis munda me,
et ab alienis parce servo tuo: *Psal.* xix. 12, 13.
Inconstantiam concupiscentiæ, *Sap.* iv. 12.
et otiosa verba, [*Matt.* xii. 36.]
ne statuas mihi.
Turbidam et immundam sentinam

βορβορώδη ῥυπαρῶν καὶ ἀθέσμων
λογισμῶν.
Κύριε,
ἡ διαφθορά μου ἐμοί ἐστι παρ' ἐμοῦ,
ὅσα ἐπλημμέλησα σύγγνωθι ἵλεως.
Μὴ *κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ποιῇς μεθ' ἡμῶν,*
μηδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν,
ἀνταποδώῃς ἡμῖν.
Ἐπίβλεψον *ἵλεως ἐπὶ ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν,*
καὶ διὰ τὴν δόξαν τοῦ παναγίου σου ὀνόματος,
Ἀπόστρεψον *ἀφ' ἡμῶν τὰ κακὰ, καὶ χαλεπὰ πάντα,*
τὰ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἡμῖν δι' αὐτὰς,
ὡς ὅτι μάλιστα δικαίως καὶ ἀξίως ὀφειληθέντα.

ΕΥΧΗ ΔΕΙΛΙΝΗ.

ΚΑΜΟΙ, Κύριε, *κάμνοντι χάρισαι ἀνάπαυσιν,*
κοπιάζοντι ἰσχὺν ἀνακαινίζου.
Διαφώτιζε ὀφθαλμούς μου,
ἵνα μὴ ὑπνώσω εἰς θάνατον.
Ῥῦσόν *με ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ,*
ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου·
ὕπνον ὑγιῆ χορήγει μοι, καὶ
ἀφόβως διανυκτερεύειν νύκτα ταύτην.

Ὦ Φύλαξ Ἰσραὴλ,
Ὁ *οὔθ' ὑπνώσας, οὔτε νυστάξας πώποτε,*
φύλαξόν με τὴν νύκτα ταύτην ἀπὸ παντὸς κακοῦ,
φύλαξον τὴν ψυχήν μου, Κύριε.
Ἐπισκεψάμενός *με τῇ ἐπισκέψει τῶν ἰδίων,*
ἀνακάλυψον μοι τὸν νοῦν ἐν ὁράμασι νυκτός.

turpium et illicitarum cogitationum
averte.
Domine,
Perditio mea a me est, *Hos.* xiii. 9.
quicquid deliqui clemens ignosce.
Non secundum peccata nostra facias nobis,
neque secundum iniquitates nostras
retribuas nobis. [*Psal.* ciii. 10.]
Infirmitates nostras benigne respice,
et propter gloriam sanctissimi tui nominis, [*Psal.* lxxix. 9.]
Mala ea omnia,
quæ peccatis nostris, adeoque nobis,
justissime debentur, averte.

PRECATIO VESPERTINA.

MIHIQUE, Domine, lasso da requiem,
languenti virtutem renova.
Illumina oculos meos, ne unquam
obdormiam in morte. *Psal.* xiii. 3.
Libera me a terrore nocturno,
a negotio perambulante in tenebris; *Psal.* xci. 5, 6.
Somnum salubrem concede mihi, et
sine timore transire noctem hanc.

O Custos Israel,
Qui neque dormis neque dormitas unquam, *Psal.* cxxi. 4.
Custodi me per noctem hanc ab omni malo,
Custodi animam meam, o Domine. [*Vers.* 7.]
Visitans me visitatione Sanctorum, [*Psal.* cvi. 4.]
Revela mihi animum in visionibus noctis. [*Job.* xxxiii. 15, 16.]

Εἰ δὲ μή, (οὐ γὰρ ἄξιος, οὐκ ἄξιός εἰμι)
ἀλλά γε, ὦ δέσποτα φιλάνθρωπε,
γένοιτό μοι ὁ ὕπνος ἀναπνοή,
ὡς τοῦ πονεῖν, οὕτω καὶ τοῦ ἁμαρτάνειν.
Ναί, ὦ Κύριε.
Καὶ μηδὲν ὑπνώσας ἐνθυμῶ
τὸ χαλέπαινόν σε,
ἢ καὶ τὸ μίαινον ἐμέ.
Μὴ πλησθῶσιν αἱ ψόαι τῶν ἐμπαιγμάτων
μᾶλλον δὲ παιδεύωσί με οἱ νεφροί μου,
ἀλλὰ ἄνευ δεινοῦ φόβου.
Διαφύλαξον ἐμὲ ἀπὸ τοῦ ζοφεροῦ ὕπνου
τῆς ἁμαρτίας,
καὶ πᾶν γεῶδες καὶ κακὸν φρόνημα
ἐν ἐμοὶ κοίμισον.
Δωρῆσαί μοι ὕπνον ἐλαφρὸν,
πάσης τε φαντασίας
σαρκικῆς καὶ Σατανικῆς
ἀπηλλαγμένον.
Τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν μου τὸ ἄϋπνον
ἐπίστασαι, Κύριε,
Καὶ τὸ ἄτονον τῆς ἀθλίας μου σαρκὸς,
ὁ πλάσας με.
Σκεπασάτω με ἡ πτέρυξ
τοῦ ἐλέους σου.
Διέγειρόν με ἐν καιρῷ εὐθέτῳ,
ἐν καιρῷ τῆς προσευχῆς,
Καὶ δὸς ὀρθρίζειν ἐπὶ σὲ,
καὶ ἐπὶ τὴν δοξολογίαν,
καὶ θεραπείαν σήν.

Sin minus, (non enim dignus, non sum dignus)
Saltem, benigne Domine,
Sit somnus meus, ut laboris
sic peccati cessatio.
Etiam, o Domine.
Nec quid cogitem per somnia,
quod te offendat,
nec quod me polluat.
Lumbi mei ne oppleantur illusionibus, *Psal.* xxxviii. 7.
Sed erudiant me de nocte renes mei, *Psal.* xvi. 8.
Verum absque gravi terrore.
Custodi me a caliginoso
Peccati somno,
Omnemque terrenum, et pravum sensum
in me sopito.
Concede mihi somnum facilem,
omnique imaginatione
Carnali et Satanica
liberum.
Invisibiles mei hostes quam sint insomnes,
probe nosti, Domine,
Miseræque meæ carnis infirmitatem, [*Psal.* ciii. 14.]
qui me formasti.
Protegat me ala
misericordiæ tuæ. [*Psal.* xvii. 8. xci. 4.]
Expergefacias me in tempore opportuno,
in tempore orationis, *Psal.* xxxii. 7.
Et da ad te de luce vigilare, *Psal.* lxiii. 1.
ad te glorificandum,
et colendum.

[ΥΠΕΡΕΝΤΕΥΞΙΣ.]

ΚΤΙΣΙΝ, Γένος ἀνθρώπινον,

τοὺς ἐν

θλίψει, σφάλματι, ἁμαρτίᾳ καὶ εὐπαθείᾳ, ἀληθείᾳ, χάριτι.

Οἰκουμενικὴν,

Ἀνατολικὴν, Δυτικὴν, τὴν ἐν ἡμῖν,

Προεστῶτας, Κλήρους, Λαόν.

Πολιτεύματα τῆς γῆς,

τὰ Χριστιανὰ, κύκλῳ ἡμῶν, ἡμέτερον.

τὸν Βασιλέα, τὴν Βασίλισσαν, τὸν Ἄρχοντα.

τοὺς Διαφέροντας,

Βουλὴν, Δίκην, Κράτος, Βίαν.

Δῆμον,

Γεωργοὺς, Ἐμπόρους, Τεχνίτας,

μέχρι τῶν βαναύσων

καὶ πτωχῶν.

Οὓς συνιστᾷ μοι

Τὸ συγγενὲς,

εὐπεπονθὸς,

λειτουργία σαρκικῶν,

ἐπιτροπὴ πάλαι, νῦν,

φιλία ἠθικὴ,

ἀγάπη Χριστιανὴ,

πλησίον,

[INTERCESSIO.]

CREATURAM, Genus humanum,

positos in

angustia, errore, peccato } et { copia, veritate, gratia.

Œcumenicam,

Orientalem, Occidentalem, Nostram,

Præpositos, Clerum, Populum.

Imperia per orbem terrarum,

Christiana, Finitima, Nostrum.

Regem, Reginam, Principem.

Proceres,

Consiliarios, Judices, Vim bellicam.

Plebem,

Agricolas, Mercatores, Artifices,

usque ad sordidas Artes

et Mendicos.

Quos commendat mihi

Cognatio,

Beneficentia,

Administratio temporalium,

Cura { olim, nunc } demandata,

Amicitia moralis,

Christiana charitas,

Vicinitas loci,

ἐπαγγελία μου,
ἐπιπόθησις αὐτῶν,
ἀσχολία,
συμπαθὲς τῶν ἐν ἐσχάτοις,
κατόρθωμα,
καλλιεργία,
σκάνδαλον δοθὲν,
οὐδένα ἐντευκτήν.

Εἰς *χεῖράς σου,* Κύριε, *ἐμαυτὸν παρατίθημι,*
τὸ πνεῦμα, τὴν ψυχὴν, τὸ σῶμά μου,
ἐκτίσω, καὶ ἐλυτρώσω αὐτὰ,
Κύριε, *ὁ* Θεὸς *ἀληθείας.*
Καὶ *σὺν ἐμοὶ τοὺς ἐμοὺς, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα·*
ἐχαρίσω μοι αὐτὰ, Κύριε,
ἐν τῇ ἀγαθωσύνῃ σου.
Φύλαξον *τὴν κοίμησίν μου, καὶ*
τὴν ἔγερσίν μου,
ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.
Μνημονεύειν *σου ἐπὶ στρωμνῆς,*
σκάλλειν τὸ πνεῦμα,
ἐξεγερθῆναι καὶ
ἔτι εἶναι μετὰ σοῦ.
Ἐν *εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι,*
καὶ ὑπνώσω·
Ὅτι *σὺ κατὰ μόνας,* Κύριε,
ἐπ' ἐλπίδι κατοικίσεις με.

Meum promissum,
Ipsorum desiderium,
Non vacare præ negotiis,
In extremis suis condolentia,
Præclarum facinus aggredi,
Benefacere,
Scandalum a me accepisse,
Advocatis destitui.

In manus tuas, Domine, me ipsum commendo,
Spiritum, animam, corpus meum,
Creasti, et redemisti illa,
Domine, Deus veritatis. *Psal.* xxxi. 6.
Et mecum meos meaque omnia;
donasti mihi illa, Domine,
in Tua bonitate. *Gen.* xxxiii. 5.
Custodi dormitionem meam, et
resurrectionem meam, *Psal.* cxxxix. 1.
ex hoc nunc et usque in sæculum. *Psal.* cxxi. 8.
Memorem esse Tui super stratum [*Psal.* lxiii. 6.]
ad scopandum spiritum meum, *Psal.* lxxvii. 6.
exsurgere et
adhuc esse tecum. *Psal.* cxxxix. 18.
In pace in id ipsum dormiam
et requiescam;
Quoniam Tu, Domine, singulariter
in spe constitues me. *Psal.* iv. 8.

Κόσμον,
Ἐκκλησίαν,
Θρόνον,
Βουλευτήριον,
Φροντιστήρια,

Οἰκουμένην,
Βασιλείαν,
Θυσιαστήριον,
Δικαστήριον,
Ἐργαστήρια.

Νηπίους,
Παῖδας,
Ἐφήβους,
Νέους,

Ἄνδρας,
Προβεβηκότας,
τοὺς ἐν γήρᾳ,
καὶ ἀδυναμίᾳ.

Ἐνεργουμένους,
Λειποψύχους,
Νοσοῦντας,
ἐν Δεσμοῖς,
Ὀρφανοὺς,
Χηρὰς,
Ξένους,

Ὁδοιποροῦντας,
Πλέοντας,
Ἐγκύους,
Θηλαζούσας,
ἐν πικραῖς δουλείαις,
ἐν ἐρημίᾳ,
Πεφορτισμένους.

Orbem,
Ecclesiam,
Solium,
Consilium,
Scholas,

Terram habitabilem,
Regnum,
Altare,
Forum,
Officinas.

Infantes,
Pueros,
Adolescentes,
Juvenes,

Viros,
Ætate provectos,
Senes, et
Decrepitos.

Obsessos,
Pusillanimes,
Ægrotos,
Vinctos,
Pupillos,
Viduas,
Peregrinos,

Itinerantes,
Navigantes,
Gravidas,
Lactantes,
Servitutem servientes asperam,
In solitudine degentes,
Onustos.

[ΕΠΙ ΤῊ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙᾼ.]

[(1.) Πρὸ τῆς μεταλήψεως.]

ΚΥΡΙΕ,
Οὐκ ἄξιός εἰμι, οὐδὲ ἱκανὸς,
Ἵνα ὑπὸ τὴν ῥυπαρὰν στέγην τοῦ οἴκου
τῆς ψυχῆς μου εἰσέλθῃς,
Διότι ὅλη ἔρημός ἐστι καὶ καταπεσοῦσα,
καὶ οὐκ ἔχεις παρ' ἐμοὶ τόπον ἄξιον
τοῦ κλῖναι τὴν κεφαλήν.
Ἀλλ' ὡς κατεδέξω
ἐν σπηλαίῳ καὶ φάτνῃ τῶν ἀλόγων ζώων
ἀνακλιθῆναι·
Ὡς οὐκ ἀπηξίωσας
καὶ ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ Λεπροῦ ὑποδεχθῆναι·
Ὡς οὐκ ἀπηξίωσας
καὶ τὴν ὁμοίαν μου πόρνην τὴν ἁμαρτωλὸν,
προσερχομένην σοι καὶ ἁπτομένην σου·
ὡς οὐκ ἐβδελύξω
τὸ ῥυπαρὸν ἐκείνης στόμα καὶ ἐναγές,
οὔτε τὸν ἐν σταυρῷ λῃστὴν
ὁμολογοῦντά σοι·
Οὕτως καταξίωσον καὶ ἐμὲ
τὸν ἐπιτριπτὸν, ταλαιπωρὸν,
τὸν ὑπὲρ λίαν ἁμαρτωλὸν,
Καταδέξασθαι εἰς τὴν ἁφὴν καὶ μετοχὴν
τῶν ἀχράντων, ἐξαισίων, ζωοποιῶν,

καὶ σωτηρίων μυστηρίων
τοῦ παναγίου σώματος,
καὶ τοῦ τιμίου αἵματός σου.
Πρόσχες, Κύριε, ὁ Θεὸς *ἡμῶν,*
ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου,
καὶ ἀπὸ θρόνου δόξης τῆς βασιλείας σου,
καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ ἁγιάσαι ἡμᾶς.
Ὁ *ἄνω τῷ* Πατρὶ *συγκαθήμενος*
καὶ ὧδε ἡμῖν ἀοράτως συνὼν,
ἐλθὲ εἰς τὸ ἁγιάσαι τὰ προκείμενα δῶρα,
καὶ ὑπὲρ ὧν, καὶ δι' ὧν, καὶ ἐφ' οἷς
προσκομίζονται.
Καὶ δὸς *ἡμῖν κοινωνίαν*

Εἰς {
πίστιν ἀκαταίσχυντον,
ἀγάπην ἀνυπόκριτον,
περιποίησιν τῶν ἐντολῶν,
νῆψιν παντὸς καρποῦ πνευματικοῦ,
ἀποτροπὴν παντὸς ἐναντίου,
ἴασιν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος,
σύμβολον τῆς συνάξεως,
μνημόσυνον τῆς Οἰκονομίας,
καταγγελίαν τοῦ θανάτου,
κοινωνίαν σώματος καὶ αἵματος,
μετοχὴν τοῦ πνεύματος,
ἄφεσιν ἁμαρτιῶν,
ἀποτρόπαιον ἐναντίων,
ἀνάπαυσιν τῆς συνειδήσεως,
ἐξάλειψιν ὀφειλῶν,
καθαρισμὸν κηλίδων,
ἴασιν τῶν ἀρρωστιῶν τῆς ψυχῆς,

et salutaris Sacramenti
sanctissimi tui corporis,
et pretiosi sanguinis.
Attende, Domine, Deus noster,
de sancto habitaculo Tuo,
et de Throno gloriæ Regni Tui,
et veni ut sanctifices nos.
Qui sursum cum Patre sedes,
et invisibilis hic præsens nobiscum es,
Veni ut sanctifices dona proposita,
et pro quibus, et a quibus, et quibus de causis
offeruntur.
Et da nobis communionem

Ad {
Fidem inconfusam, [*Rom.* ix. 33.]
Charitatem sinceram, [*Rom.* xii. 9.]
Præceptorum impletionem, [*Rom.* xiii. 10.]
Excitationem omnium Spiritus fructuum, [*Gal.* v. 22.]
Aversionem omnis mali, [*Rom.* xii. 9.]
Salutem animæ et corporis, [1 *Thess.* v. 23.]
Tesseram conventus, *Act.* ii. 42.
Monumentum dispensationis, *Luc.* xxii. 19.
Annunciationem mortis, 1 *Cor.* xi. 26.
Communionem Corporis et Sanguinis, [1 *Cor.* x. 16.]
Participationem Spiritus, 1 *Cor.* xii. 13.
Remissionem peccatorum, *Matt.* xxvi. 28.
Amuletum contra omne quod infaustum est, 1 *Cor.* v. 7.
Tranquillitatem conscientiæ, *Matt.* xi. 28.
Deletionem debitorum, *Col.* ii. 14.
Emundationem macularum, *Heb.* ix. 14.
Sanationem infirmitatum animæ, 1 *Pet.* ii. 24.

Εἰς
ἀνακαινισμὸν συνθήκης,
ἐφόδιον ζωῆς Πνευματικῆς,
αὔξησιν {χάριτος ἐνδυναμούσης,
παραμυθίας ψυχαγωγούσης,}
κατάνυξιν τῆς μετανοίας,
[φωτισμὸν διανοίας,]
προγύμνασμα ταπεινοφροσύνης,
σφραγῖδα πίστεως,
πλησμονὴν σοφίας,
σύνδεσμον ἀγάπης,
λόγον ἱκανὸν λογίας,
ὁπλισμὸν ὑπομονῆς,
νῆψιν εὐχαριστίας,
παρρησίαν προσευχῆς,
ἐνοίκησιν ἀλλεπάλληλον,
ὑποθήκην ἀναστάσεως,
ἀπολογίαν ευπροσδεκτὸν ἐπὶ κρίματος,
διαθήκην κληρονομίας,
τύπον τελειότητος.

Ὅπως ἂν καὶ ἡμεῖς μετὰ πάντων ἁγίων
τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων,
γενώμεθα μέτοχοι
τῶν ἀκηράτων καὶ αἰωνίων σου ἀγαθῶν,
ὧν ἡτοίμασας τοῖς ἀγαπῶσί σε, Κύριε,
ἐν οἷς δεδοξασμένος ὑπάρχεις
εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἀμνὲ Θεοῦ,
ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου,
αἶρε καὶ τὴν ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ
τοῦ πάνυ.

Ad
- Renovationem fœderis, *Psal.* l. 5.
- Viaticum vitæ spiritualis, *Jo.* vi. 27.
- Incrementum
  - Gratiæ efficacis, *Heb.* xiii. 9.
  - Consolationis, *Psal.* civ. 15.
- Compunctionem pœnitentiæ, 2 *Cor.* vii. 9.
- Illuminationem mentis, *Luc.* xxiv. 31.
- Progymnasma humilitatis, *Jo.* xiii. 15.
- Sigillum fidei, 2 *Cor.* i. 22.
- Plenitudinem sapientiæ, *Jo.* vi. 35.
- Vinculum charitatis, *Jo.* xiii. 35.
- Rationem idoneam collectæ, 1 *Cor.* xvi. 1.
- Armaturam tolerantiæ, 1 *Pet.* iv. 1.
- Expergefactionem gratitudinis, *Psal.* cxvi. 12.
- Fiduciam orandi, *Vers.* 13.
- Inhabitationem reciprocam, *Jo.* vi. 56.
- Pignus resurrectionis, *Vers.* 54.
- Apologiam idoneam in judicio, 1 *Cor.* xi. 31.
- Testamentum hæreditatis, *Luc.* xxii. 20.
- Typum perfectionis. *Jo.* xvii. 23.

Ut nos cum omnibus Sanctis Tuis
Qui tibi a sæculo placuerunt,
fiamus participes
incorruptibilium et æternorum Tuorum bonorum,
quæ præparasti Tui amantibus, Domine,
in quibus glorificatus existis
in æternum.

Agnus Dei,
qui tollis peccata mundi, [*Joan.* i. 29.]
Tollas et mea, qui sum peccator
admodum.

Μεμνημένοι οὖν, Δέσποτα, καὶ ἡμεῖς,
ἐν τῇ παρουσίᾳ τῶν ἁγίων σου Μυστηρίων,
τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ σου παθημάτων,
τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ,
τοῦ πολυτίμου θανάτου,
τῆς τριημέρου ταφῆς,
τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως,
τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου,
τῆς ἐκ δεξιῶν σου τοῦ Πατρὸς καθέδρας,
τῆς ἐνδόξου καὶ φοβερᾶς
αὐτοῦ παρουσίας,
Δεόμεθά σου, Κύριε,
ἵνα ἐν καθαρῷ τῷ μαρτυρίῳ
τῆς συνειδήσεως ἡμῶν
ὑποδεχόμενοι τὴν μερίδα
τῶν ἁγιασμάτων σου,
ἑνωθῶμεν τῷ ἁγίῳ σώματι καὶ αἵματι
τοῦ Χριστοῦ σου·
καὶ ὑποδεχόμενοι αὐτὰ οὐκ ἀναξίως,
σχῶμεν τὸν Χριστὸν ἐνοικοῦντα
ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν,
καὶ γενώμεθα ναὸς τοῦ ἁγίου
σου Πνεύματος·
Ναὶ, ὁ Θεὸς ἡμῶν.
Καὶ *μηδένα ἡμῶν ἔνοχον ποιήσῃς*
τῶν φρικτῶν σου τούτων καὶ
ἐπουρανίων τῶν μυστηρίων,
μηδὲ ἀσθενῆ ψυχῇ ἢ σώματι,
ἐκ τοῦ ἀναξίως τούτων
μεταλαμβάνειν.

Memores igitur et nos, Domine,
in præsentia Sacramenti Tui,
Salutarium Christi Tui Passionum,
Vivificæ Crucis,
Pretiosissimæ Mortis,
Triduanæ Sepulturæ,
Resurrectionis a Mortuis,
Ascensionis in cœlum,
Sessionis a dextra Dei Patris,
Gloriosi et formidabilis
Adventus,
Rogamus Te, Domine,
ut in puro testimonio
Conscientiæ nostræ
accipientes partem
Sacramentorum tuorum,
Adunemur Sancto Corpori et Sanguini
Christi Tui:
Et illa digne recipientes,
Habeamus Christum
Cordibus nostris inhabitantem, [*Eph.* iii. 17.]
et fiamus Templum
Sancti Tui Spiritus; [1 *Cor.* vi. 19.]
Etiam, O Deus noster!
Neque quenquam nostrum reum facias
horum tremendorum et
Cœlestium Sacramentorum,
neque infirmum anima vel corpore,
propter indignam horum
receptionem. [1 *Cor.* xi. 27. 30.]

'Αλλὰ δὸς ἡμῖν
μέχρι τῆς τελευταίας καὶ ἐσχάτης
ἡμῶν ἀναπνοῆς,
ἀξίως ὑποδέχεσθαι ἐλπίδα
τῶν ἁγιασμάτων σου,
Εἰς
ἁγιασμὸν, φωτισμὸν, ῥῶσιν,
κουφισμὸν τοῦ βάρους τῶν πολλῶν μου
ἁμαρτημάτων,
Φυλακτήριον πάσης διαβολικῆς
ἐνεργείας,
Αποτροπὴν καὶ ἐμπόδιον τῆς φαύλης
μου συνειδήσεως,
'Απονέκρωσιν τῶν παθῶν,
Περιποίησιν τῶν ἐντολῶν,
Προσθήκην θείας σου χάριτος,
καὶ τῆς σης Βασιλείας οἰκείωσιν.

[(2.) Μετὰ τὴν μετάληψιν.]

ΗΝΥΣΤΑΙ καὶ τετέλεσται,
ὅσον εἰς τὴν ἡμετέραν δύναμιν,
Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν,
τὸ τῆς Οἰκονομίας σου μυστήριον.
Εἴχομεν γὰρ τοῦ θανάτου σου μνήμην,
εἴδομεν τῆς ἀναστάσεως σῆς τὸν τύπον,
ἐνεπλήσθημεν τῆς ἀτελευτήτου σῆς ζωῆς,
ἀπελαύσαμεν τῆς ἀκενώτου σῆς τρυφῆς,
ἧς καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι
πάντας ἡμᾶς καταξιωθῆναι
εὐδόκησον.

Sed da nobis
usque ad finalem et extremum
spiritum,
digne spem suscipere
sanctitatum tuarum,
Ad
Sanctificationem, Illuminationem,
Corroborationem, Levationem oneris multorum meorum
peccatorum,
Averruncationem omnis Diabolicæ
obsessionis,
Depulsionem et aversionem malæ meæ
conversationis,
Mortificationem passionum,
Custodiam præceptorum,
Augmentum divinæ Tuæ gratiæ,
et Regni Tui acquisitionem.

[(2.) Post Susceptionem.]

Absolutum et consummatum est,
quicquid in nostra potestate est,
Christe, Deus noster,
quoad Dispensationis Tuæ mysterium.
Habuimus enim memoriam Mortis Tuæ,
Vidimus typum Resurrectionis Tuæ,
Impleti sumus vita Tua æterna,
Fruitionem habuimus deliciarum Tuarum,
quarum nulla est satietas,
Qua et in futuro sæculo
Nos omnes dignari complaceat tibi, Domine Deus.

Κύριος ὁ Θεὸς ἀγαθὸς
ἐξιλασάσθω
ὑπὲρ πάσης καρδίας,
κατευθυνούσης τοῦ ἐκζητῆσαι
τὸν Κύριον, τὸν Θεὸν
τῶν πατέρων αὐτοῦ,
καὶ οὐ κατὰ τὴν ἁγνείαν
τῶν ἁγίων.

Dominus bonus
propitiabitur
cunctis, qui in toto corde se diligunt,
et requirunt
Dominum, Deum
Patrum suorum,
Quamvis non assequutis puritatem
Sanctorum. [2 *Chron.* xxx. 18, 19.]

Α΄. Τί ποιήσω, ἵνα ζωὴν αἰώνιον
κληρονομήσω;
α΄. Τήρησον τὰς ἐντολάς.
Β΄. Τί ποιήσομεν;
β΄. Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος
ὑμῶν.
Γ΄. Τί με δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ;
γ΄. Πίστευσον ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.
Δ΄. Τί οὖν ποιήσομεν;

α΄. Ὁ ἔχων δύο { χιτῶνας, / βρώματα, } μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι. } Ὄχλοις.

β΄. Μηδὲν πλέον τῶν διατεταγμένων
ζητεῖτε. } Τελωναῖς.

γ΄. Μηδένα διασείσητε,
συκοφαντήσητε.
δ΄. Ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις. } Στρατευομένοις.

Γνῶσιν καὶ Πίστιν,

τῆς Δικαιοσύνης,	τῶν Ἐλέων,
εἰς	
φόβον,	ἐλπίδα,
ταπεινοφροσύνην,	παράκλησιν,
μετάνοιαν,	εὐχαριστίαν,
νηστείαν,	ἐλεημοσύνας,
προσευχὰς,	ὕμνους,
ὑπομονὴν,	ὑπακοὴν,
ὡς	
θυσίαν.	προσφοράν.

I. QUID faciam, ut vitam æternam percipiam? *Mar.* x. 17.

1. Observa præcepta.

II. Quid faciemus?

2. Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum. *Act.* ii. 37, 38.

III. Quid me oportet facere, ut salvus fiam?

3. Crede in Dominum Jesum Christum. [*Act.* xvi. 30, 31.]

IV. Quid ergo faciemus? *Luc.* iii. 10. 12. 14.

1. Qui habet duas { tunicas, / escas, } det non habenti. } Turbis.

2. Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, exigatis. } Publicanis.

3. Neminem concutiatis:
neque calumniam faciatis.
4. Contenti estote stipendiis vestris. } Militibus.

Scientiam et Fidem,

Justitiæ,		Misericordiæ,
	ad	
Timorem,		Spem,
Humilitatem,		Consolationem,
Pœnitentiam,		Gratitudinem,
Jejunium,		Eleemosynas,
Orationem,		Hymnos,
Patientiam,		Obedientiam,
	ut	
Sacrificium.		Oblationem.

ΜΕΛΕΤΗ Α'.

ΠΕΡΙ ΗΜΕΡΑΣ ΤΗΣ ΚΡΙΣΕΩΣ.

ΠΑΤΕΡ *ἄναρχε, Υἱὲ μονογενὴς,*
Πνεῦμα ζωοποιοῦν,
οἰκτίρμων, ἐλεήμων, μακρόθυμος,
πολυέλεος, πολυεύσπλαγχνος,
ὁ τοὺς δικαίους ἀγαπῶν, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐλεῶν,
ὁ παράγων ἁμαρτήματα, καὶ παρέχων αἰτήματα,
Θεὸς μετανοούντων,
Σωτὴρ ἁμαρτανόντων·
Ἥμαρτον ἐναντίον σου, Κύριε,
Καὶ οὕτω καὶ οὕτως ἐποίησα.
Ἔα, ἔα. Φεῦ, φεῦ.
Πῶς ἐδελεαζόμην ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας;
Πῶς ἐμίσησα παιδείαν;
Καὶ οὐκ ηὐλαβήθην, οὔτ' ᾐδεόμην,
τὸ ἀκατάληπτον τῆς δόξης,
τὸ αἰδέσιμον τῆς παρουσίας,
τὸ φοβερὸν τῆς δυνάμεως,
τὸ ἀκριβὲς τῆς δικαιοσύνης,
τὸ προσφιλὲς τῆς ἀγαθωσύνης.
Ἐπικαλέσομαι, εἴτις μοι ὑπακούσεται,
Εἰς τίνα ἀγγέλων ἁγίων ὄψομαι;
Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος!
Τίς με ῥύσεται ἐκ του σώματος τοῦ θανάτου τούτου;

MEDITATIO PRIMA.

JUDICII EXTREMI.

PATER principio carens, Fili unigenite,
Spiritus vivifice,
Clemens, misericors, longanimis,
Multæ misericordiæ, multorum bonorum viscerum; [*Ex*. xxxiv. 6.]
Qui justos diligis, et peccatoribus misereris,
Qui transis delicta, et largiris petita,
Deus pœnitentium,
Servator peccantium;
Peccavi Tibi, Domine,
Et sic et sic feci, *Jos*. vii. 20.
Ah, ah! Vah, vah!
Quomodo illectus sum a propria concupiscentia? *Jac*. i. 14.
Quomodo detestatus sum disciplinam? *Pro*. v. 12.
Neque reveritus sum, neque extimui,
Incomprehensibilitatem gloriæ,
Venerabilitatem præsentiæ,
Potentiam tremendam,
Exquisitam justitiam,
Bonitatem amabilem.
Vocabo ergo, si est qui mihi respondeat,
Ad quem Angelorum sanctorum convertar? *Job*. v. 1.
Infelix ego homo!
Quis me liberabit de corpore mortis hujus? *Rom*. vii. 24.

ὡς φοβερὰ ἡ κρίσις σου, Κύριε;
τιθεμένων τῶν θρόνων,
τῶν Ἀγγέλων παρισταμένων,
τῶν ἀνθρώπων εἰσαγομένων,
τῶν βίβλων ἀνεῳγμένων,
τῶν ἔργων ἐρευνωμένων,
τῶν λογισμῶν }
τῶν κρυπτῶν τοῦ σκότους } *ἐξεταζομένων.*
ποία κρίσις ἔσται ἐν ἐμοί;
τίς μου τὴν φλόγα κατασβέσει;
τίς μου τὸ σκότος καταλάμψει;
εἰ μὴ σὺ ἐλεήσῃς με.
Κύριε, *ὡς φιλάνθρωπος,*
Δάκρυα δός μοι,
δὸς μυρία, δὸς σήμερον.
Τότε *γὰρ δικαστὴς ἀδέκαστος,*
τὸ βῆμα φρικῶδες,
ἡ ἀπολογία ἀπροφάσιστος,
οἱ ἔλεγχοι ἄφευκτοι,
ἡ τιμωρία ἀπότομος,
ἡ γεέννα ἀτελεύτητος,
οἱ Ἄγγελοι ἀνελεήμονες,
ὁ ᾅδης πλατύνων τὸ στόμα,
ὁ ποταμὸς πυρὸς συρόμενος,
πυρὸς ἀσβέστου,
τὸ δεσμωτήριον σκοτεινὸν,
τὸ σκότος ἀφεγγὲς,
ἀνθρακώδεις αἱ κλίναι,
ὁ σκώληξ ἀκοίμητος,
τὰ δεσμὰ ἄλυτα,

Quam tremendum est judicium tuum, Domine!
Positis Thronis,
Adstantibus Angelis,
Introductis hominibus,
Apertis libris,
Investigatis operibus,
Indagatis cogitationibus,
Manifestatis tenebrarum occultis.
Quale judicium erit in me?
Quis flammam meam restinguet?
Quis tenebras meas illustrabit?
Nisi Tu mei fueris misertus.
Domine, sicut es hominum amans,
Lacrymas da mihi,
Da plurimas, da præsentes.
Tunc enim Judex incorruptus,
Tribunal horrendum,
Defensio sine excusatione,
Argumenta inevitabilia,
Supplicium asperum,
Gehenna sempiterna,
Angeli immites,
Infernum dilatans os,
Flumen ignis stridens,
Ignis qui non extinguitur,
Carcer tenebrosus,
Tenebræ prorsus exsortes luminis,
Reclinatoria e prunis,
Vermiculus irrequietus,
Vincula indissolubilia,

τὸ χάος ἀμετρητὸν,
ἀνυπέρβατον τὸ τεῖχος,
ὁ κλαυθμὸς ἀπαραμύθητος,

Οὐδεὶς {
παριστάμενος,
συνήγορος,
ἐξαρπάζων.

Ἀλλὰ μετανοῶ, Κύριε, ὦ Κύριε, μετανοῶ.
Βοήθει σὺ τῷ μου ἀμετανοήτῳ,
καὶ μᾶλλόν ἔτι καὶ μᾶλλον
κατάνυξον, διάρρηξον,
σύντριψον τὴν καρδίαν μου.
Ἰδοὺ, Κύριε, ὅτι ἀγανακτῶ
ἐμαυτῷ αὐτὸς,

διὰ τὸ {
ἀνόητον,
ἀνόνητον,
βλαβερὸν,
καὶ ἐπικίνδυνον,
} τοῦ πάθους·

Ὅτι βδελύττομαι ἐμαυτὸν,

διὰ τὸ {
ἄτοπον,
ἄσχημον, καὶ δυσειδὲς,
κίβδηλον,

ἐπαίσχυντον,
καὶ ἐπονείδιστον·

Ὅτι ὅλην τὴν ἡμέραν ἡ ἐντροπή μου κατεναντίον μου,
καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με.
Ἔα, φεῦ, φεῦ·
Οἴμοι· ἕως πότε;
Ἰδοὺ, Κύριε, ὅτι διακρίνω αὐτὸς ἐμαυτὸν,
ἄξιον τῆς αἰωνίου κολάσεως,
καὶ μὴν καὶ πάντων δυσχερῶν τοῦ κόσμου τούτου.

Chaos immensurabile,
Murus quem transgredi non possumus,
Clamor inconsolabilis,

Nullus qui { assistat, patrocinetur, liberet.

Sed pœnitet, Domine, Domine, pœnitet.
Adjuva impœnitentiam meam,
et magis adhuc magisque
Compunge, scinde,
contere cor meum.
Ecce, Domine, quod indignor
egomet mihi, 2 *Cor.* vii. 11.

propter { stultum, *Luc.* xxiii. 34.
inutile, *Psal.* lxxiii. 22.
nocivum, 1 *Tim.* vi. 9.
et periculosum. *Is.* xxvi. 11. } desiderium carnis meæ

Quod abhorreo ipse me, *Job.* xlii. 6.

propter { absurditatem
turpitudinem
vilitatem } desiderii,

confusione
opprobrio } dignam;

Quod tota die verecundia mea contra me est,
et confusio faciei cooperuit me. *Psal.* xliv. 15.
Ah! Vah, vah!
Hei mihi! usque quo?
Ecce, Domine, quod dijudico egomet me
Reum æterni supplicii,
Etiam et omnium difficultatum hujus mundi.

Ἰδοῦ ἐμὲ, Κύριε, αὐτοκατάκριτον,
ἰδοῦ, Κύριε, καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν
μετὰ τοῦ δούλου σοῦ.

Καὶ νῦν, Κύριε,
ταπεινοῦμαι ὑπὸ τὴν κραταίαν σου χεῖρα,
κάμπτω σοι, Κύριε, τὰ γόνατα,
πίπτω ἐπὶ τῆς γῆς,
ἐπὶ τὸ πρόσωπόν μου.
Παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.
διαπετάννύω πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου,
τύπτω εἰς τὸ στῆθός μου,
εἰς τὸν μηρόν.
Ἐκ βαθέων κράζει σοι ἡ ψυχή μου,
ὡς γῆ ἄνυδρός σοι,
καὶ πάντα τὰ ὀστᾶ μου,
καὶ πάντα τὰ ἐντός μου.
Κύριε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου.

Ecce me, Domine, proprio judicio condemnatum, *Tit.* iii. 11.
Ecce, et, O Domine, ne intres Tu in judicium cum servo
tuo. *Psal.* cxliii. 2.

Et nunc, Domine,
Humilior sub potenti manu tua, 1 *Pet.* v. 6.
Flecto genua ad Te, Domine, *Eph.* iii. 14.
Procido in terram,
in faciem meam.
Transeat a me calix iste. *Matt.* xxvi. 39.
Expando manus meas ad Te. *Psal.* cxliii. 6.
Percutio { pectus } meum. *Luc.* xviii. 13.
{ femur } *Jer.* xxxi. 19.
De profundis clamat ad Te anima mea, *Psal.* cxxx. 1.
Sicut terra sine aqua tibi, *Psal.* cxliii. 6.
et omnia ossa mea, [*Psal.* xxxv. 10.]
et omnia quæ intra me sunt. *Psal.* ciii. 1.
Domine, exaudi vocem meam. [*Psal.* lxi. 1.]

ΜΕΛΕΤΗ Β'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΒΡΑΧΥΤΗΤΟΣ.

ΕΛΕΗΣΟΝ *με,* Κύριε, *ὅτι ἀσθενής εἰμι,*
Μνήσθητι *τίς μου ἡ ὑπόστασις,*
μνήσθητι ὅτι σάρξ εἰμι,
Πνεῦμα *πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον.*
ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι μου, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ,
ὅτι πνεῦμα διῆλθεν ἐν ἐμοὶ, καὶ οὐχ ὑπάρξω,
καὶ οὐκ ἐπιγνώσομαι ἔτι τὸν τόπον μου.
Ἐγὼ *γὰρ γῆ καὶ σποδὸς,*
χοῦς καὶ χόρτος,
σὰρξ καὶ πνοὴ,
σαπρία καὶ σκώληξ.
Ὡς παρεπιδημὸς ἐπὶ τῆς γῆς,
κατοικῶν οἰκίαν πηλίνην,
ἡμερῶν ὀλίγων καὶ κακῶν,
σήμερον καὶ οὐκ αὔριον,
πρωῒ καὶ οὐκ ἔτι ἕως νυκτός,
ἐν σώματι ἁμαρτίας,
ἐν αἰῶνι φθορᾶς,
ὀλιγόβιος καὶ πλήρης ὀργῆς,
ὥσπερ ἄνθος ἀνθῆσαν ἀπέδρα,
καὶ ὥσπερ σκιὰ, οὐ μὴ στῇ.
Μνήσθητι *τούτου,* Κύριε, *καὶ ἄνες, ἄφες,*
τίς γὰρ ὠφέλεια ἐν τῇ ἀπωλείᾳ μου,

MEDITATIO SECUNDA.

FRAGILITATIS HUMANÆ.

MISERERE mei, Domine, quia infirmus sum, *Psal.* vi. 2.
Memorare quæ mea substantia, *Psal.* lxxxix. 47.
Recordare quod caro sum,
Spiritus vadens, et non rediens. *Psal.* lxxviii. 39.
Sicut fœnum dies mei, sicut flos agri, *Is.* xl. 6.
Spiritus transibit in me, et non subsistam,
Nec cognoscam amplius locum meum. *Psal.* ciii. 15, 16.
Ego enim pulvis et cinis, *Gen.* xviii. 27.
Terra et fœnum, *Is.* xl. 6.
Caro et flatus, *Psal.* lxxviii. 39.
Putredo et vermis, *Job.* xvii. 14.
Ut advena et peregrinus in terra, *Psal.* xxxix. 14.
Habitans domum luteam, *Job.* iv. 19.
Cujus dies pauci et mali, *Gen.* xlvii. 9.
Hodie et non cras, *Pro.* xxvii. 1.
Mane, et non usque ad vesperam, *Is.* xxxviii. 13.
In corpore peccati, *Rom.* vi. 6.
In mundo corruptionis, 2 *Pet.* i. 4.
Repletus miseriis, sed brevis vitæ, *Job.* xiv. 1.
Sicut flos, dum floruit, marcescit,
Et, sicut umbra, non subsistit. [*Vers.* 2.]
Memor esto hujus, Domine, et ignosce, remitte, *Ps.* lxxiv. 18.
Quæ enim utilitas in sanguine meo,

ἢ ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν;
Διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου,
διὰ τὸν πλοῦτον καὶ ὑπερεκπερισσὸν
πλεονασμὸν τῶν ἐλέων σου,

Διοτιοῦν ἢ φιλεῖς σὺ, ἢ ἡμᾶς χρὴ μνησθῆναι,
καὶ πρὸ καὶ ὑπὲρ πάντων, διὰ σαυτοῦ,
διὰ σαυτοῦ, Κύριε, *καὶ* Χριστοῦ *σου,*
Κύριε, *ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῶν πρώτῳ.*
ὦ Κύριέ *μου, κατακαυχάσθω*
τὸ ἔλεος τῆς κρίσεως ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ μου.
Εἰσάκουσον, Κύριε,
ἱλάσθητι, Κύριε,
πρόσχες, ὦ Κύριε,
Κύριε, *πρόσχες καὶ ποίησον,*
ποίησον καὶ μὴ χρονίσῃς ἕνεκά σου,
Μὴ *χρονίσῃς,* Κύριε, *ὁ* Θεός *μου.*

dum descendo in corruptionem? *Psal.* xxx. 9.

Propter[a] multitudinem miserationum tuarum,

Propter[b] divitias, et [c] superabundantem

[d] Abundantiam misericordiarum tuarum,

[a] *Psal.* li. 1. [b] *Eph.* i. 7. [c] *Eph.* i. 8. [d] *Rom.* v. 20.

Propter quicquid aut Tibi charum est, aut nobis memorandum,

Præ omnibus autem et super omnia, propter Teipsum, *Dan.* ix. 19.

Propter Teipsum, Domine, et Christum tuum, *Jo.* xiv. 13, 14.

Propitius esto, Domine, mihi peccatorum primo. [1 *Tim.* i. 15.]

O Domine mi, superexultet

Misericordia judicium in peccato meo. [*Jac.* ii. 13.]

Exaudi, Domine,

Propitius esto, Domine,

Intende, Domine,

Domine, intende, et fac,

Fac, et ne moreris propter Teipsum,

Ne moreris, Domine, Deus meus. *Dan.* ix. 19.

PRECES

PRIVATÆ

QUOTIDIANÆ.

PARS SECUNDA.

PRECES

PRIVATÆ

QUOTIDIANÆ.

PARS SECUNDA.

PRECES QUOTIDIANÆ.

Duo in me cognosco, Domine,
Naturam, quam Tu fecisti,
Peccatum, quod ego adjeci;
Fateor quod per culpam deformavi naturam,
sed memento quod sum spiritus vadens,
non rediens; [*Psal.* lxxviii. 39.]
Per meipsum enim a peccato redire non possum.
Eja! tolle a me quod ego feci,
Remaneat in me quod Tu fecisti;
Ut ne pereat, quod pretioso Tuo sanguine redemisti.
Eja! ne perdat improbitas mea, quod redemit bonitas Tua.
Domine, Deus mi, si feci, ut essem reus Tuus,
Nunquid facere potui, ut non essem servus Tuus?
Si inde innocentiam mihi ademi,
Nunquid et inde misericordiam Tuam peremi?
Si commisi, unde me damnare posses,
Nunquid et Tu amisisti, unde salvare soles?
Verum est, Domine, conscientia mea meretur damnationem,
Sed misericordia Tua superat omnem offensionem.

Parce ergo,

<table><tr><td rowspan="3">Quia non est</td><td>difficile potentiæ</td><td rowspan="3">Tuæ,</td></tr><tr><td>indecens justitiæ</td></tr><tr><td>insolitum clementiæ</td></tr></table>

parcere delinquenti.

<table><tr><td rowspan="2">Qui me</td><td>creasti,</td><td rowspan="2">ne me</td><td>perimas,</td></tr><tr><td>redemisti,</td><td>condemnes.</td></tr></table>

Qui me creasti Tua bonitate,
Ne pereat opus Tuum mea iniquitate.
Agnosce in me quod est Tuum,
Et tolle a me quod est meum.
Respice ad me infelicem,
Pietas immensa:
ad me sceleratum,
Misericordia publica.
Infirmus ad Omnipotentem venio,
Vulneratus ad Medicum curro.
Serva mihi mansuetudinem miserationis,
Qui tamdiu suspendisti gladium ultionis.
Dele numerositatem criminum meorum,
Renova multitudinem miserationum Tuarum.
Quantumvis sum

<table><tr><td>immundus,</td><td rowspan="4">Tu potes me</td><td>mundare,</td></tr><tr><td>cæcus,</td><td>illuminare,</td></tr><tr><td>infirmus,</td><td>sanare,</td></tr><tr><td>vel si mortuus,</td><td>resuscitare.</td></tr></table>

Qualiscunque sum, sive bonus, sive malus,
semper Tuus sum.

<table><tr><td rowspan="2">Si Tu me</td><td>ejicis,</td><td rowspan="2">quis me</td><td>recipiet?</td></tr><tr><td>despicis,</td><td>respiciet?</td></tr></table>

Plus potes { remittere, / parcere, } quam ego { committere, / peccare. }

Ne premat delectatio noxia,
Saltem ne opprimat consuetudo perversa.
A pravis et illicitis desideriis,
A vanis, noxiis, immundis cogitationibus,
Ab illusionibus malignorum spirituum,
A pollutionibus mentis et corporis.

PRECES MATUTINÆ.

Qui exaudis orationem,
ad Te omnis caro veniet, *Psal.* lxv. 2.
Vespere, mane, et meridie,
narrabo et annunciabo,
et Tu exaudies vocem meam. *Psal.* lv. 17.
Ad Te, Domine, orabo mane:
exaudies vocem meam mane. *Psal.* v. 3.
Dirigatur oratio mea,
sicut incensum in conspectu Tuo. *Psal.* cxli. 2.
In matutinis, Domine, meditabor in Te,
quia fuisti adjutor meus. *Psal.* lxiii. 7, 8.

Gratias Tibi ago, Domine, omnipotens, æterne Deus, qui me in hac nocte, non meis meritis, sed Tua sancta misericordia, custodire dignatus es. Concede mihi, Domine, diem istum in Tuo sancto servitio ita peragere, ut Tibi placeat obsequium servitutis meæ.

Levo cor cum manibus ad Dominum in cœlis. [*Thren.* iii. 41.]
Ecce, sicut oculi servorum ad manus dominorum,
et sicut oculi ancillæ ad manus dominæ,
Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miscreatur nostri. *Psal.* cxxiii. 2.
Respice in me, et miserere mei,
secundum judicium diligentium nomen Tuum. [*Psal.* cxix. 132.]

Angelis Tuis manda de me, ut custodiant me in viis tuis.
[*Psal.* xci. 11.]
Vias Tuas demonstra mihi,
et semitas Tuas edoce me. [*Psal.* xxv. 4.]
Gressus meos dirige secundum eloquium Tuum,
et non dominetur mihi omnis injustitia. [*Psal.* cxix. 133.]
Dirige gressus meos in semitis Tuis,
ut non moveantur vestigia mea. [*Psal.* xvii. 5.]
Mitte sermonem rectum in os meum, et bene sonantem,
ut placita sint omnia verba mea,
et vultus, et gestus, et omnia opera mea,
omnibus hominibus, me videntibus et audientibus,
ut inveniam gratiam in omnibus sermonibus et petitionibus meis.

Amator hominum, φιλάνθρωπε. *Tit.* iii. 4.
Multorum bonorum viscerum, πολυεύσπλαγχνος. *Jac.* v. 11.
Pater misericordiarum, 2 *Cor.* i. 3.
Dives misericordia erga omnes qui invocant Te. *Rom.* x. 12.
Peccavi in cœlum, et coram Te,
nec sum dignus vocari filius, *Luc.* xv. 19.
nec sum dignus fieri mercenarius,
ne infimus quidem.
Verum pœnitet. Heu! pœnitet;
Adjuva Tu impœnitentiam meam, *Marc.* ix. 24.
Et si quod solatium charitatis, *Phil.* ii. 1.
Propter viscera miserationum, [*Luc.* i. 78.]
Propter multitudinem, [*Psal.* li. 1.]
Propter divitias gratiæ Tuæ, *Eph.* i. 7.

PRECES MATUTINÆ.

QUI exaudis orationem,
ad Te omnis caro veniet, *Psal.* lxv. 2.
Vespere, mane, et meridie,
narrabo et annunciabo,
et Tu exaudies vocem meam. *Psal.* lv. 17.
Ad Te, Domine, orabo mane:
exaudies vocem meam mane. *Psal.* v. 3.
Dirigatur oratio mea,
sicut incensum in conspectu Tuo. *Psal.* cxli. 2.
In matutinis, Domine, meditabor in Te,
quia fuisti adjutor meus. *Psal.* lxiii. 7, 8.

Gratias Tibi ago, Domine, omnipotens, æterne Deus, qui me in hac nocte, non meis meritis, sed Tua sancta misericordia, custodire dignatus es. Concede mihi, Domine, diem istum in Tuo sancto servitio ita peragere, ut Tibi placeat obsequium servitutis meæ.

Levo cor cum manibus ad Dominum in cœlis. [*Thren.* iii. 41.]
Ecce, sicut oculi servorum ad manus dominorum,
et sicut oculi ancillæ ad manus dominæ,
Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. *Psal.* cxxiii. 2.
Respice in me, et miserere mei,
secundum judicium diligentium nomen Tuum. [*Psal.* cxix. 132.]

Angelis Tuis manda de me, ut custodiant me in viis tuis.
[*Psal.* xci. 11.]
Vias Tuas demonstra mihi,
et semitas Tuas edoce me. [*Psal.* xxv. 4.]
Gressus meos dirige secundum eloquium Tuum,
et non dominetur mihi omnis injustitia. [*Psal.* cxix. 133.]
Dirige gressus meos in semitis Tuis,
ut non moveantur vestigia mea. [*Psal.* xvii. 5.]
Mitte sermonem rectum in os meum, et bene sonantem,
ut placita sint omnia verba mea,
et vultus, et gestus, et omnia opera mea,
omnibus hominibus, me videntibus et audientibus,
ut inveniam gratiam in omnibus sermonibus et petitionibus meis.

Amator hominum, φιλάνθρωπε. *Tit.* iii. 4.
Multorum bonorum viscerum, πολυεύσπλαγχνος. *Jac.* v. 11.
Pater misericordiarum, 2 *Cor.* i. 3.
Dives misericordia erga omnes qui invocant Te. *Rom.* x. 12.
Peccavi in cœlum, et coram Te,
nec sum dignus vocari filius, *Luc.* xv. 19.
nec sum dignus fieri mercenarius,
ne infimus quidem.
Verum pœnitet. Heu! pœnitet;
Adjuva Tu impœnitentiam meam, *Marc.* ix. 24.
Et si quod solatium charitatis, *Phil.* ii. 1.
Propter viscera miserationum, [*Luc.* i. 78.]
Propter multitudinem, [*Psal.* li. 1.]
Propter divitias gratiæ Tuæ, *Eph.* i. 7.

Propter supereminentem abundantiam misericordiarum
Tuarum. 1 *Tim.* i. 14.
Propter nimiam charitatem, qua dilexisti nos, *Eph.* ii. 4.
Propitius esto mihi peccatori, *Luc.* xviii. 13.
Propitius esto mihi, peccatorum { primo, [1 *Tim.* i. 15.] / miserrimo.
Abyssus abyssum invocat, *Psal.* xlii. 7.
Abyssus miseriæ nostræ abyssum misericordiæ tuæ.
Ubi abundavit delictum, superabundet gratia; *Rom.* v. 20.
Vince in bono Tuo malum nostrum; *Rom.* xii. 21.
Superexaltet misericordia Tua justitiam Tuam, *Jac.* ii. 13.
in peccatis nostris.
Etiam, Domine.

Sed enim super omnia, et præ omnibus,
Credo, quod Tu es Christus Filius Dei vivi. *Matt.* xvi. 16.
Qui venisti in mundum peccatores salvos facere, 1 *Tim.* i. 15.
Quorum ego primus, me salvum fac.
Qui tollis peccata mundi, tolle peccata mea, [*Jo.* i. 29.]
Qui venisti, ut redimeres perditum, *Luc.* xix. 10.
Ne sinas perdi per Te redemptum.
A malorum recordatione,
ut eorum, quæ vidi vel audivi
a malis, in sæculo non recorder,
nec aliis unquam dicam;
ut odio habeam omnem viam iniquam.
Meritus sum mortem,
sed adhuc appello a solio justitiæ Tuæ,
ad thronum gratiæ Tuæ.

Pro Ecclesia Catholica,
Pro Ecclesiis per orbem terrarum,
Earum *sc.* veritate, unitate, et stabilitate.
In omnibus vigeat charitas, vivat veritas.
Pro Ecclesia nostra,
Ut, quæ in ea desunt, suppleantur, [*Tit.* i. 5.]
quæ non recta, corrigantur,
Ut omnes Hæreses, Schismata, Scandala,
tam publica, quam privata, amoveantur.
Errantes corrige,
Incredulos converte,
Ecclesiæ fidem adauge,
Hæreses destrue,
Hostes { versutos detege,
violentos contere.
Pro Clero:
ut recte secent,
ut recto pede incedant,
ut, alios docentes, { ὀρθοτομεῖν, [2 *Tim.* ii. 15.]
ipsi discant, ὀρθοποδεῖν. [*Gal.* ii. 14.]
Pro Populo:
ne plus sapiat quam oportet, [*Rom.* xii. 3.]
sed persuadeatur ratione,
et cedat auctoritati superiorum.
Pro Politiis:
stabilitate
et } earum.
pace
Pro Regno,
Municipio,

Urbe nostra,
ut bene beateque se habeant,
et ab omni discrimine et incommodo liberentur.

Pro Rege:

O Domine, salvum fac, הושיעה נא.
O Domine, prosperare, הצליחה נא [*Ps.* cxvii. 25.]
ὅπλῳ ἀληθείας καὶ εὐδοκίας στεφάνωσον αὐτὸν,
λάλησον τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἀγαθὰ,
ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ λαοῦ σου.

Pro Consiliariorum prudentia,
Judicum æquitate, integritate,
Exercitus fortitudine,
Populi temperantia,
sancta simplicitate.

Pro sobole succrescente,
sive in Academiis,
sive in Scholis;
Ut, quomodo ætate, proficiant itidem
et sapientia et gratia,
apud Deum et homines.

Qui beneficos se præbent,
vel erga { res sacras, / pauperes et egenos.

Redde illis septuplum in sinum eorum, [*Psal.* lxxix. 13.]
Animæ eorum in bonis demorentur,
Et semen eorum hæreditent terram. [*Psal.* xxv. 12.]
Beati sint, qui intelligunt super egenum. [*Ps.* xli. 1.]

1. Ut omnibus benefactoribus nostris æterna
bona retribuas;
Pro beneficiis quæ nobis largiti sunt in terris,

Præmia æterna consequantur in cœlis;
2. Ut miserias pauperum et captivorum
intueri et relevare digneris;
3. Ut lapsus carnis fragiles benigna
compassione recolas,
et labentes statumines;
4. Ut obsequium servitutis nostræ rationabile
acceptum habeas;
5. Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas;
6. Ut oculos misericordiæ super nos reducere digneris;
7. Ut animas nostras et propinquorum nostrorum ab
æterna damnatione eripias;
8. Ut cum his pro quibus oravi,
vel qualicunque modo orare teneor,
et cum omni populo Dei,
introduci mihi detur in Regnum tuum,
ibi apparere in justitia,
et satiari gloria;
Te rogamus,
Audi nos, Domine.

GRATIARUM ACTIO.

CONFITEANTUR Tibi opera, Deus,
et Sancti Tui benedicant Tibi. [*Psal.* cxlv. 10.]
Bonum est confiteri Domino,
et psallere nomini Tuo, Altissime: *Psal.* xcii. 1.
Ad annunciandum mane misericordiam Tuam,
et veritatem Tuam per noctem. *Vers.* 2.
Exaltabo Te, Deus mi, Rex, et benedicam nomini Tuo
in sæculum, et in sæculum sæculi. *Psal.* cxlv. 1.

Per singulos dies benedicam Tibi,
et laudabo nomen Tuum in sæculum,
et in sæculum sæculi; *Vers.* 2.
Qui vocasti ea quæ non erant,
tanquam ea quæ erant. *Rom.* iv. 17.
A quo condita sunt universa in cœlis et terra,
visibilia et invisibilia, *Col.* i. 16.
Qui portas omnia verbo virtutis Tuæ, *Heb.* i. 3.
Qui non sine testimonio Teipsum relinquis, benefaciens de cœlo, dans pluvias et tempora frugifera, implens cibo et lætitia corda nostra, *Act.* xiv. 17.
Quod ordinatione Tua omnia perseverant usque ad diem hunc, quoniam omnia Tibi serviunt, *Psal.* cxix. 91.
Qui præhabita deliberatione Ipse formasti manibus Tuis hominem de limo terræ, et inspirasti in nares ejus spiraculum vitæ, *Gen.* ii. 7.
Et imagine Tua honorasti eum, *Gen.* i. 26.
Et Angelis Tuis mandasti de illo, *Psal.* xci. 11.
Et constituisti eum super opera manuum Tuarum, *Ps.* viii. 6.
Et posuisti eum in Paradiso voluptatis, *Gen.* ii. 15.
Et mandata Tua spernentem non sprevisti tamen,
Sed aperuisti illi ostium ad pœnitentiam et vitam, *Act.* xi. 18.
Dans illi maximum et pretiosum promissum, de salutari semine: 2 *Pet.* i. 4. *Gen.* iii. 15.
Qui erudiisti genus nostrum,
Per illud quod notum est Dei, [*Rom.* i. 19.]
Per opus legis scriptum in cordibus, [*Rom.* ii. 15.]
Per cultum Sacrificiorum,
Per oracula Prophetarum,
Per melodiam Psalmorum,

Per prudentiam Proverbiorum,
Per experientiam Historiarum,
Qui, ubi venit plenitudo temporis, *Gal.* iv. 4.
misisti Filium Tuum,
Qui semen Abrahæ apprehendit, *Heb.* ii. 16.
Qui semetipsum exinanivit,
formam servi accipiens. *Phil.* ii. 7.
Qui factus ex muliere,
factus sub lege, [*Gal.* iv. 4.]
per oblationem *Eph.* v. 2.
vitæ suæ præstitit obsequium legis,
per hostiam mortis suæ
sustulit maledictum Legis. [*Gal.* iii. 13.]
Morte sua redimens
Resurrectione vivificans } genus nostrum, *Rom.* iv. *ult.*
Nihil non faciens quo facto opus erat, *Is.* v. 4.
ut nos consortes divinæ naturæ redderemur. 2 *Pet.* i. 4.
Qui manifestavit odorem notitiæ suæ, 2 *Cor.* ii. 14.
in omni loco per Evangelii prædicationem,
Contestans se
Variis signis et virtutibus, *Heb.* ii. 4.
Mirabili vitæ sanctimonia, 1 *Pet.* iii. 2.
stupenda potentia,
usque ad sanguinis effusionem, *Heb.* xi. [37.]
Incredibili conversione totius mundi
ad fidem, 1 *Jo.* v. 4.
nullius auctoritatis
nullius persuasionis } interventu,
Qui fecisti nos filios Sanctorum,
et hæredes vocationis ejusdem, *Heb.* ix. 15.

Qui dedisti Ecclesiæ Tuæ, ut esset columna *1 Tim.* iii. 15.
et firmamentum veritatis, ne portæ inferi
prævalerent contra eam, *Matt.* xvi. 18.
Qui dedisti nostræ, ut custodiret depositum, *1 Tim.* vi. 20.
et viam pacis nos edoceret, *Rom.* v. 1.
et ut ordinem, stabilitatem, et decorem retineret, *Col.* ii. 5.
Qui firmasti solium servi Tui, Regis nostri, *2 Sam.* vii. 13.
Qui posuisti fines nostros pacem, et adipe
Frumenti satiasti nos, *Psal.* cxlvii. 14.
Confortasti seras portarum nostrarum, et
benedicis filiis nostris in nobis, *Vers.* 13.
Qui inimicos nostros induisti confusione, *Psal.* cxxxii. [19.]
Qui dedisti nos in benedictionem in sæculum
sæculi, et lætificas nos gaudio
vultus tui, *Psal.* xxi. 6.
Qui erudisti Principes nostros, et
Senatores nostros prudentiam edocuisti, *Psal.* cv. 22.
Qui dedisti nobis Pastores juxta cor Tuum,
qui pascunt nos scientia et doctrina, *Jer.* iii. 15.
Qui conflasti gladios in vomeres, et
lanceas in falces, *Is.* ii. 4.
Quia non est ruina maceriæ, neque transitus,
neque clamor in plateis nostris, *Psal.* cxliv. 14.
Qui produxisti me in vitam hanc,
et ad lavacrum regenerationis et
renovationis Spiritus Sancti perduxisti me, *Tit.* iii. 5.
Et notas mihi fecisti vias Tuas, *Psal.* xvi. 11.
Qui dissimulasti peccata mea propter pœnitentiam, *Sap.* xi. 23.
Nec allisisti me in manu iniquitatis meæ, *Is.* lxiv. 7.
Exspectans ut misericordiam ostenderes in me, *Is.* xxx. 18.

Qui non es passus obdurari cor meum, *Rom.* ii. 5.
Sed reliquisti compunctionem cordis, *Act.* ii. 37.
memoriam novissimorum, *Deut.* xxxii. 29.
conscientiam præcedentis peccati, *Heb.* x. 2.
Qui aperuisti mihi portam spei, [*Hos.* ii. 15.]
[a] confitenti et [b] roganti,
ex [c] mysteriorum et [d] clavium potestate,

[a] 1 *Jo.* i. 9. [b] *Matt.* xviii. 32. [c] *Jo.* xx. 23. [d] *Matt.* xvi. 19.

Qui non præscidisti, sicut textor, vitam meam,
dum adhuc ordirer: nec de mane usque
ad vesperam abstulisti me, *Is.* xxxviii. 12.
Nec in dimidio dierum revocasti me, *Psal.* cii. 24.
Sed tenuisti animam meam in vita,
nec dedisti in commotionem pedes meos; [*Psal.* lxvi. 8.]
Pro hisce omnibus, etc.

DEPRECATIO.

Ne perdas.

INTENDE, Domine, Deus noster, ex sublimi habitaculo Tuo, et de throno gloriæ regni Tui. [*Is.* lxiii. 15.]

Qui alta habitas, et humilia respicis, *Psal.* cxiii. 5.

Intende, et ne disperdas, Domine.

Quin libera nos a malo.

Ab omni malo et infortunio

Libera nos.

Sicut prioribus sæculis Patres nostros, [*Psal.* xliv. 1.]

Libera nos.

Per quodcunque Tibi dulce aut charum,

Libera nos.

In omni angustia nostra,

Libera nos.

A malis futuri sæculi,

ab ira Tua,

sed magis

A Tuo non irasci,

Ab æterna damnatione,

A terroribus omnibus sæculi venturi,

A vultu Judicis tristi, *Apoc.* vi. 16.

A collocatione a sinistris, *Matt.* xxv. 33.

Ab auditione vocis horrendæ et tremendæ,

Discedite a Me. *Vers.* 41.

Ab ejectione in tenebras exteriores, *Matt.* viii. 12.

A vinculis æternis sub caligine, *Jud.* 6.

Ab abysso ignis et sulphuris, ubi fumus
tormentorum ascendit in sæculum, *Apoc.* xiv. 11.
Propitius esto, Parce nobis, Domine,
Miserere nostri,
Libera nos, et
ne confundamur in æternum.
A malis spiritualibus,
A cæcitate et duritia cordis, *Eph.* iv. 18.
quæ ad impœnitentiam, [*Rom.* ii. 5.]
A { mollitie, *Prov.* vii. 13. / duritie, *Is.* xlviii. 4. } frontis,
A cauteriata conscientia, 1 *Tim.* iv. 2.
et dedolentia postquam peccavimus,
A reproba mente, *Tit.* i. 16.
A minarum tuarum contemptu,
A peccato ad mortem, 1 *Jo.* v. 16.
et in Spiritum Sanctum, *Matt.* xii. 32.
Propitius esto,
et
Libera nos, Domine.

Paleas, zizania,	Dolere,
A sinistris,	Arescere,
In procella,	Marcescere,
Igne qui non extinguitur,	Lamentari,
Flammis,	Condemnari,
Gehenna,	Probris affici,
Bullitionibus Belial,	Tabescere,
Catenis tenebrarum,	Luctus,
Exilio reproborum.	Rictus.

Miser,
Ter miser,
cum Dæmonibus in tenebris,
Deorsum,
In abysso, quam et ipse Diabolus
tremit et perhorrescit,

In visione Dei, In aversatione.
Durum a Sanctis separari,
Durius a Deo,

Inglorium	Ligari, ejici.
Ærumnosum	In ignem projici.
Grave	Clamare et non adjuvari.
Amarum	Sine commiseratione petere guttam aquæ, et non impetrare.

Eripe { Ab omni malo et infortunio,
A corruptis mente, 1 *Tim.* vi. 5.
Ab Ashur, *Hos.* xi. 5.
Jeroboam, 1 *Reg.* xii. 27.
Roboam, 1 *Reg.* xii. 13.
Valle Achor, [*Josh.* vii. 24.]
A spiritu malo Sichemitarum, *Jud.* ix. 23.
Ab omni scandalo, dolore, infamia,
A { lingua dolosa,
labiis perversis, [*Ps.* cxx. 2.]
laqueis, [*Ps.* xci. 3.]
Ab omnibus inimicis } visibilibus, invisibilibus,
corporeis, spiritualibus,
A { vitiis et peccatis,
concupiscentiis et tentationibus,

Ab infestatione Dæmonum,
A spiritu fornicationis,
Ab appetitu inanis gloriæ,
Ab omni immunditia mentis et corporis, [2 *Cor.* vii. 1.]
Ab ira et mala voluntate,
Ab infectis cogitationibus,
A cæcitate cordis.

Qui dixisti Angelo Tuo percutienti,
Sufficit, nunc contine manum Tuam, [2 *Sam.* xxiv. 16.]
In orationibus et votis,
Angustiis et periculis,
Infirmitatibus et necessitatibus,
Tentationibus et tribulationibus,

Repelle concupiscentiam gulæ, Fuga spiritum fornicationis, Extingue mundi cupiditatem,	Da { Virtutem abstinentiæ, Amorem castitatis, Spiritus paupertatem,
Cohibe præcipitem iracundiam,	Accende in me mansuetudinem,
Tolle tristitiam sæculi,	Auge gaudium spirituale,
Repelle jactantiam mentis,	Tribue compunctionem cordis,

Da { robur fidei,
securitatem spei,
tutelam salutis,
Da mundi contemptum.

Intrabunt in gaudium, *Matt.* xxv. 21.
gaudium plenum, *Jo.* xvi. 24.
gaudium quod non tolletur, *Vers.* 22.
A dextris, [*Matt.* xxv. 34.]

in
- tranquillitate,
- locis
  - virentibus,
  - rorantibus,
- Paradiso, [*Luc.* xxiii. 43.]
- Refrigeratione,
- Sinu Abrahæ, [*Luc.* xvi. 22.]
- Tabernaculis Sanctorum,

Gaudere,	Sedere	Quies,
Lætari,	ad dextram	Honor,
Feriari,	Dei,	Æternitas.
Glorificari,		Ter-Sanctus,
Beari,		Cum Angelis,
Deliciis frui,		In luce,
Psalmus,		Sursum,
Cantus,		In cœlo.

Zonam,	Galeam,
Loricam,	Scutum,
Calceos,	Gladium,

super omnia orationem. [*Eph.* vi. 14—18.]

Concede mihi potestatem et opportunitatem bene agendi,
ut ante diem exitus mei saltem aliquod bonum efficiam,
cujus fructus maneat, [*Jo.* xv. 16.]
Ut apparere possim cum justitia,
et satiari cum gloria. [*Ps.* xvii. 15.]
Qui Ezechiæ annos quindecim vitæ adjecisti, [2 *Reg.* xx. 6.]
mihi tantum vitæ spatium indulgeas,
saltem ad mensuram,
dum peccata valeam deplorare,

Et concede finem bonum,
Quod est super omne donum,
Bonum et sanctum vitæ finem,
Gloriosam et lætam resurrectionem.

De frugibus terræ et plenitudine ejus,
Benedic capturam nostram, *Ps.* cxxxii. 15.
Pone fines pacem,
Imple nos adipe frumenti, *Ps.* cxlvii. 14.
Satura pauperes panibus, *Ps.* cxxxii. 15.
Conforta seras portarum,
Benedic filiis nostris in nobis, *Ps.* cxlvii. 13.
Indue inimicos confusione, *Ps.* cxxxii. 18.
Aëris temperiem indulgeas,
Fruges terræ concedas,
Carnalia desideria repellas,
Infirmis sanitatem restituas,
Lapsis reparationem annuas,
Navigantibus et itinerantibus,
iter prosperum et salutis portum,
Tribulatis gaudium,
Oppressis relevationem,
Captivis libertatem concedas,
Sanitatem mentis,
Integritatem corporis,
Robur fidei,
Securitatem spei,
Tutelam salutis.

SACRIFICIUM VESPERTINUM.

MEMOR sim nocte nominis Tui, et legem
Tuam custodiam. [*Psal.* cxix. 55.]
Vespertina oratio ascendat ad Te,
et descendat ad nos miseratio Tua,
Qui das carmina de nocte, [*Job.* xxxv. 10.]
Qui facis ut exitus Auroræ et Vesperi dilaudent Te,
[*Psal.* lxv. 8.]
Qui das dilectis Tuis somnum sanitatis. [*Ps.* cxxvii. 3.]

HOROLOGIUM.

Qui tempora et momenta posuisti in potestate Tua, *Act.* i. 7.
Largire, ut tempore commodo et opportuno oremus Te,
Mar. iv. 38.
Et serva nos.
Qui propter nos homines, et propter salutem nostram,
Alta nocte natus es, *Luc.* ii. 8.
Da nobis renasci indies renovatione Spiritus Sancti, *Tit.* iii.5.
Donec Christus formetur in nobis, in virum perfectum,
Gal. iv. 19. [*Eph.* iv. 13.]
Et serva nos.
Qui mane primo Oriente jam sole
resurrexisti a mortuis, *Mar.* xvi. 2.
Resuscita nos quotidie ad vitæ novitatem, *Rom.* vi. 4.
Suggerens nobis, quos Ipse nosti, modos pœnitentiæ,
Et serva nos.

Qui hora tertia Spiritum Sanctum Tuum
in Apostolos demisisti, *Act.* ii. 15.
Eundem Spiritum ne auferas a nobis, *Psal.* li. 11.
Sed quotidie renova in visceribus nostris,
Et serva nos.
Qui hora sexta dieque sexto tecum una in cruce suffixisti
peccata mundi, *Matt.* xxvii. 45.
Dele quod adversum nos est Chirographum
peccatorum nostrorum, et, tollens de medio, [*Col.* ii. 14.]
Serva nos.
Qui hora sexta linteum magnum de cœlo
submisisti ad terram, Ecclesiæ Tuæ symbolum, *Act.* x. [9,] 11.
Recipe nos in illud peccatores de gentibus, *Gal.* ii. 15.
Et cum illa recipe una in cœlum, *Act.* x. 16.
Et serva nos.
Qui hora septima Reguli filium a febre
relinqui voluisti, *Jo.* iv. 52.
Siquid in anima nostra febrile hæreat,
aut morbidum, aufer a nobis etiam,
Et serva nos.
Qui hora nona propter nos peccatores et peccata nostra
mortem gustasti, *Mar.* xv. 34. *Heb.* ii. 9.
Mortifica in nobis membra terrena, *Col.* iii. 5.
Et quicquid voluntati Tuæ adversum est,
Et serva nos.
Qui horam nonam orationis horam esse voluisti, *Act.* iii. 1.
Orantes nos in hora orationis exaudi,
Et orationis votique nos compotes redde,
Et serva nos.
Qui hora decima ab Apostolo Tuo, invento Filio Tuo,

cum ingenti gaudio,
"Invenimus Messiam" pronunciari voluisti, *Jo.* i. 41.
Et nos eundem Messiam similiter invenire,
Et invento similiter gaudere fac,
Et serva nos.

Qui stantes toto die otiosos dignatus es tamen
etiam undecima diei hora, pacta mercede,
in vineam Tuam mittere, *Matt.* xx. 6.
Eandem gratiam fac nobis,
Et, sero licet, quasi circa undecimam, [*Vers.* 9.]
ad Te revertentes benigne suscipe,
Et serva nos.

Qui hora Cœnæ, sacrosancta Corporis et Sanguinis Tui mysteria instituere voluisti, *Jo.* xiii. 2.
Eorundem nos memores et participes redde, nec ad judicium unquam, sed ad peccati remissionem, et legata
Novi Testamenti acquirenda, 1 *Cor.* xi. 29.
Et serva nos.

Qui vespere de cruce tolli, et monumento
sepeliri voluisti, *Mar.* xv. 42.
Tolle de nobis, et sepeli in sepulcro Tuo,
peccata nostra, tegens bonis operibus
quicquid male admisimus,
Et serva nos.

Qui multa jam nocte Apostolis Tuis afflatu Tuo potestatem
peccati tum remittendi, tum retinendi, contulisti,
Jo. xx. 22, [23.]
Illius nos potestatis participes redde,
sed quoad remissionem, ne ad retentionem, Domine,
Et serva nos.

Qui media nocte excitasti David Prophetam Tuum, *Psal.* cxix. 62.

et Paulum Apostolum, ut laudarent Te, *Act.* xvi. 25.

Da et nobis carmina de nocte, *Job.* xxxv. 10.

Et super stratum memores esse Tui, *Psal.* lxiii. 6.

Et serva nos.

Qui media nocte venturum Sponsum
ore Tuo confirmasti,

Da, ut auribus nostris semper clamor intonet,
Sponsus venit, *Matt.* xxv. 6.

Ut nunquam imparati simus
in occursum Ejus,

Et serva nos.

Qui galli cantu Apostolum Tuum admonuisti,
et ad pœnitentiam reverti fecisti, *Matt.* xxvi. 74.

Da et nobis, eodem admonente, idem facere,
sc. exire foras et amare flere, *Vers.* 75.
in quibus peccavimus Tibi,

Et serva nos.

Qui in die qua non speramus, et hora qua nescimus, venturum Te ad judicium prædixisti, *Matt.* xxiv. 50. *Luc.* xii. 46.

Fac nos omni die omnique hora paratos esse, ut adventum Tuum præstolemur,

Et serva nos.

Qui emittis lucem, creas auroram, *Ps.* xliii. 3. [lxxiv. 16.]
exoriri facis solem super bonos et malos, *Matt.* v. 45.

Illumina cæcitatem mentium notitia veritatis, *Eph.* iv. 18.

Attolle super nos lumen vultus Tui, *Psal.* iv. 6.

Ut in lumine Tuo videamus lucem, *Psal.* xxxvi. 9.

Et tandem in lumine gratiæ lumen gloriæ.
Qui das escam omni carni, *Psal.* cxxxvi. 25.
Qui pascis pullos corvorum clamantes ad Te, [*Ps.* cxlvii. 9.]
Et enutristi nos a juventute nostra, *Psal.* lxxi. 5.
Imple cibo et lætitia corda nostra, *Act.* xiv. 17.
Et stabili gratia Tua cor nostrum. *Heb.* xiii. 9.
Qui vesperum das diei finem, quo vitæ
vesperum nobis in memoriam redigas,
Da semper cogitare, ut diem, sic vitam,
transvolare. *Psal.* cii. 11.
Da semper meminisse diei tenebrarum,
quia multi, *Eccl.* xi. 8.
Venire noctem,
quando nemo potest operari, *Jo.* ix. 4.
Operando tenebras antevertere,
ne in tenebras exteriores ejiciamur. *Matt.* xxv. 30.
Clamare semper ad Te,
Mane nobiscum, Domine, *Luc.* xxiv. 29.
quia advesperascit, et inclinata est jam dies
vitæ nostræ.

Opera	Creatoris,	Justitia.
	Redemptoris,	Misericordia.
	Spiritus Sancti,	Sancta Spiratio.

Paracletus, ἄλλος. *Jo.* xiv. 16.
Unctio, 1 *Jo.* ii. 27.
Sigillum, *Ephes.* iv. 30.
Arrhabo, 2 *Cor.* v. 5. et i. 22.

ALLEGATIO.

[I.] EX PARTE DEI.

[1.] *Natura Dei.*

Quia miserator et misericors Dominus, longanimis et multum misericors;

Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis,
neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cœli a terra, corroboravit misericordiam suam super timentes Eum.

Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus Eum. [*Psal.* ciii. 8[—12.]

Quia suavis, et mitis, et multæ misericordiæ est omnibus invocantibus Eum. [*Psal.* lxxxvi. 5.]

Suavis Dominus universis, et miserationes Ejus super omnia opera Ejus. [*Psal.* cxlv. 9.]

Quia volens misericordiam est. *Mich.* vii. 18.

Pater est misericordiæ. 2 *Cor.* i. 3.

Misericordia est. *Psal.* lix. 17.

Cui { misereri opus proprium,
punire opus alienum et peregrinum. *Is.* xxviii. 21.

[2.] *Nomen Dei.*

Magnificetur virtus Domini, sicut proclamavit, dicens,

Dominus patiens et multæ misericordiæ, auferens iniquitatem et scelera. *Num.* xiv. [17,] 18.

[3.] *Nomen Patris.*

Ascendo ad Patrem Meum,
et Patrem vestrum. *Jo.* xx. 17.

Pater filii prodigi. *Luc.* xv. 20.

Et quid fiet nomini magno Tuo? [*Josh.* vii. 9.]

[4.] *Nomen Christi.*

Agnus in typo. Ecce Agnus Dei! *Jo.* i. 29.

Redemptor. Scio quod Redemptor meus vivit. *Job.* xix. 25.

Servator. Scimus quia hic est vere Salvator mundi. *Jo.* iv. 42.

Mediator. Unus Mediator Dei et hominum. 1 *Tim.* ii. 5.

Advocatus. Advocatum habemus apud Patrem. 1 *Jo.* ii. 1.

Intercessor. [*Heb.* vii. 25.]

Pontifex. [*Vers.* 26.]

[5.] *Nomen Spiritus Sancti.*

Columba in typo. Vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam. *Matt.* iii. 16.

Unguentum, sive Unctio. Sicut Unctio vos docet. 1 *Jo.* ii. 27.

Consolator. Si non abiero, Paracletus non veniet. *Jo.* xvi. 7.

[6.] *Promissum Dei.*

Memor esto verbi Tui servo Tuo, in quo mihi spem dedisti, *Psal.* cxix. 49.

Quam promisit qui non mentitur Deus, *Tit.* i. 2.

Interposito jurejurando, *Heb.* vi. 17.

Cujus fidem incredulitas hominum
non evacuabit. *Rom.* iii. 3.

Quod si non credimus, Ipse fidelis permanet, seipsum negare non potest. 2 *Tim.* ii. 13.

[7.] *Praxis Dei.*

In Te sperarunt patres nostri; speraverunt, et liberasti eos. *Psal.* xxii. 4.

Reminiscere miserationum Tuarum, Domine, et misericordiarum Tuarum quæ a sæculo sunt. *Ps.* xxv. 5.

Ubi sunt misericordiæ Tuæ antiquæ, Domine? *Ps.* lxxxix. 48.

Respicite, filii, nationes hominum, et scitote, quia nullus speravit in Domino, et confusus est. *Syr.* [i. e. *Ecclus.*] ii. 11.

Quis enim permansit in mandatis Ejus, et derelictus est? *Vers.* 12.

ALLEGATIO.

[II.] EX PARTE NOSTRA, RELATIVE AD DEUM.

[1.] *Opus et creatio manuum Suarum.*

Opus manuum Tuarum ne despicias. *Psal.* cxxxviii. 8.

Nos lutum, et figulus noster Tu, et opera manuum Tuarum omnes nos. *Is.* lxiv. 8.

Nihil odisti eorum quæ fecisti. *Sap.* xi. 25.

[2.] *Imago vultus.* Ne deleas.

Faciamus hominem ad imaginem,
et similitudinem nostram. *Gen.* i. 26.

Qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem Ejus
qui creavit illum. *Coloss.* iii. 10.

[3.] *Pretium sanguinis.* Ne vilipendas.

Empti estis pretio magno, 1 *Cor.* vi. 20.
Pretioso sanguine Agni immaculati,
et incontaminati. 1 *Pet.* i. 19.

[4.] *Invocatio nominis.* Passive.

Characterem ne contemnas,
Nomen Tuum invocatum est super nos. *Jer.* xiv. 9.
Quia nomen Tuum invocatum est super populum Tuum.
Dan. ix. 19.
Vas, ut portet nomen Tuum. *Act.* ix. 15.

[5.] *Membrum Corporis Christi.* Ne præscindas.

Vos estis corpus Christi, et membra de membro. 1 *Cor.*
xii. 27.
Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi?
1 *Cor.* vi. 15.
An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt
Spiritus Sancti, qui in vobis est? *Vers.* 19.

[6.] *Proprietas in Christo.*

Tuus sum ego, salvum me fac. *Psal.* cxix. 94.
Ecce, Domine, quia ego servus Tuus,
ego servus Tuus, et filius ancillæ Tuæ. *Ps.* cxvi. 16.
Populus Tuus omnes nos. *Is.* lxiv. 9.
Non ad Te pertinet, si perimus? Imo pertinet. *Mar.* iv. 38.
Servus inutilis, servus tamen. *Luc.* xvii. 10.
Filius perditus, tamen filius. *Luc.* xv. 24.

ALLEGATIO.

[III.] EX PARTE NOSTRA, QUOAD NOS.

[1.] *Infirmitas Naturæ.*

Quoniam infirmus sum. *Psal.* vi. 2.
Memorare quæ mea substantia. *Psal.* lxxxix. 47.
Et recordatus est, quia caro sunt,
spiritus vadens, et non rediens. *Psal.* lxxviii. 39.
Quoniam Ipse cognovit figmentum nostrum,
Recordatus est, quoniam pulvis sumus. *Psal.* ciii. 14.
Homo sicut fœnum:
Dies ejus, sicut flos agri, sic efflorescit. *Vers.* 15.
Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet,
et non cognoscet amplius locum suum. *Vers.* 16.

[2.] *Miseria conditionis.*

Miseri facti sumus nimis. *Psal.* lxxix. 8.
Et vidit cum tribularentur,
et audivit orationem eorum. [*Psal.* cvi.] 44.

[IV.] EX PARTE NOSTRA, QUOAD OFFICIUM.

[1.] *Pœnitentes.*

Quia cor contritum et humiliatum,
Deus, non despicies. *Psal.* li. 17.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo,
et cogitabo pro peccato meo. *Psal.* xxxviii. 18.

[2.] *Supplices.*

Quoniam ad Te clamavi tota die. *Psal.* lxxxvi. 3.
Quousque irasceris super orationem servi Tui? [*Ps.* lxxx. 4.]
Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti Me. *Matt.* xviii. 32.

[3.] *Quia dimittimus.*

Dimittite et dimittemini; *Luc.* vi. 37.
Et cum stabitis ad orandum, dimittite,
siquid habetis adversus aliquem, ut et
Pater vester, qui est in cœlis, dimittat vobis
peccata vestra. *Mar.* xi. 25.
Quod si vos non dimiseritis, nec Pater vester, qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra. [*Vers.* 26.]

[4.] *Quia proponimus deinceps.*

Concupivit anima mea desiderare
justificationes Tuas omni tempore. *Psal.* cxix. 20.
Levabo manus meas ad mandata Tua, quæ dilexi. *Ver.* 48.
Vovi, et firmiter statui, ut custodiam mandata Tua. *Ver.* 60.
Qui volunt timere nomen Tuum. *Neh.* i. 11.
Servus plectetur qui neque præparavit,
neque fecit. *Luc.* xii. 47.

[V.] EX PARTE CONSEQUENTIS MALI.

[1.] *Nihil commodi.*

Quæ utilitas in sanguine meo, dum,
descendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur Tibi pulvis,

aut annunciabit veritatem Tuam? *Psal.* xxx. 9.

Quoniam non est in morte, qui memor sit Tui; in inferno, qui confitebitur Tibi. *Psal.* vi. 5.

Nunquid mortuis facies mirabilia?

Aut mortui suscitabuntur, et confitebuntur Tibi? *Psal.* lxxxviii. 10.

Nunquid narrabit aliquis in sepulcro
misericordiam Tuam, et veritatem
in pulvere? *Vers.* 11.

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia Tua, et justitia Tua in terra oblivionis? *Vers.* 12.

Quia non infernus confitebitur Tibi, neque mors laudabit Te. Non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem Tuam. *Is.* xxxviii. 18.

Vivens, vivens, ipse confitebitur Tibi. *Vers.* 19.

[2.] *Frustra.*

Nunquid vane constituisti omnes filios hominum? *Psal.* lxxxix. 46.

Ne intres in judicium cum servo Tuo, quia non justificabitur in conspectu Tuo
omnis vivens. *Psal.* cxliii. 2.

Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? *Psal.* cxxx. 3.

Si voluerit contendere cum eo, non poterit
ei respondere unum pro mille. *Job.* ix. 3.

[3.] *Triumphus hostium.*

Ne des hæreditatem Tuam in opprobrium,
ut dominentur ei Nationes. Quare dicunt in populis,
Ubi est Deus eorum? [*Joel.* ii. 17.]

Memor esto hujus: Inimicus improperavit
Domino, et populus insipiens incitavit
nomen Tuum. *Psal.* lxxiv. 18.
Superbia eorum qui Te oderunt ascendit semper. *Ver.* 23.
Dicent Ægyptii; Callide eduxit eos, *Exod.* xxxii. 12.
ut interficeret in montibus et deleret e terra.
Dicent Chananæi; Non poterat introducere populum in
terram pro qua juraverat,
idcirco occidit eos in solitudine. [*Num.* xiv. 16.]

[VI.] EX PARTE CONSEQUENTIS BONI.

[1.] *Gloria nominis.*

Propter gloriam nominis Tui, Domine,
Libera nos. *Psal.* lxxix. 9.
Nos populus Tuus confitebimur Tibi in sæculum:
In generationem et generationem
annunciabimus laudem Tuam. *Ver.* 13.

[2.] *Conversio aliorum.*

Docebo iniquos vias Tuas, et impii
ad Te convertentur. *Psal.* li. 13.

[3.] *Exemplum.*

Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt Illi in vitam æternam. 1 *Tim.* i. 16.

[4.] *Ipse Deus.*

Deleo iniquitates propter Me. *Is.* xliii. 25.
Exaudi, attende, ne moreris
propter Temetipsum. *Dan.* ix. 19.
Ipse quem proposuit Deus propitiationem. *Rom.* iii. 25.
Respice in faciem Christi Tui. *Psal.* lxxxiv. 9.
Non avertas faciem Christi Tui. *Psal.* cxxxii. 10.

[5.] *Ex genere.*

Miserere mei, Fili David. *Matt.* xv. 22.
Et dixit David Shemei, Non morieris,
juravitque ei. [2 *Sam.* xix. 23.]

[6.] *Ex officio.*

Spiritus Dei super Me, eo quod unxerit. *Is.* lxi. 1.
Dominus ad annunciandum mansuetis
misit Me, ut mederer contritis corde. *Luc.* iv. 18.
Veni vocare peccatores. *Matt.* ix. 13.
Misit Deus Filium, ut salvetur mundus
per Ipsum. *Jo.* iii. 17.

CONFESSIO LAUDIS.

PROPTER

Excellentiam Majestatis.

Clarifica Me, Pater, apud Teipsum,
claritate quam habui, priusquam mundus esset. *Jo.* xvii. 5.
Melchisedech erat Sacerdos Dei altissimi. *Gen.* xiv. 18.

Celsitudinem.

Quia excelso excelsior est alius. *Eccles.* v. 8.

Æternitatem.

Invoca nomen Dei æterni. *Gen.* xxi. 33.

Omnipræsentiam.

Nunquid non cœlum et terram impleo?
dicit Dominus. *Jer.* xxiii. 24.

Omniscientiam.

Quo ibo a Spiritu Tuo, et quo a facie Tua fugiam. *Ps.* cxxxix. 7.
Si ascendero in cœlum, Tu illic;
Si descendero ad infernum, ades; etc. [*Vers.* 8.]
Tu omnia nosti, *Jo.* xxi. 17.
Quia Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum, 1 *Reg.* viii. 39.

Omnipotentiam.

Non est impossibile apud Deum omne verbum. *Luc.* i. 37.
Ego Deus omnipotens. *Gen.* xvii. 1.

Altitudinem Sapientiæ.

O altitudo divitiarum scientiæ et sapientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia Ejus, et investigabiles viæ Ejus? *Rom.* xi. 33.

Inconcussam veritatem.

Veritas Domini manet in æternum. *Psal.* cxvii. 2.

Cœlum et terra transibunt,
Verba autem Mea non præteribunt. *Matt.* xxiv. 35.

Exquisitam justitiam.

Justitia Ejus manet in sæculum. *Psal.* cxi. 3.

Fontem, Oceanum, Abyssum misericordiæ.

Abyssus abyssum invocat. *Psal.* xlii. 7.

Mitis, præterire, dissimulare.

Obsecro vos per mansuetudinem
et modestiam Christi. 2 *Cor.* x. 1.
Non delebo propter decem. *Gen.* xviii. 32.
Transis peccatum. *Mich.* vii. 18.
Tempora ignorantiæ dissimulans Deus. *Act.* xvii. 30.

Tolerans, Longanimis.

An divitias patientiæ et longanimitatis contemnis? *Rom.* ii. 4.

Misericors.

Ipse misericors et propitius peccatis eorum, ut non disperderet eos. *Psal.* lxxviii. 38.

Illibenter puniens.

Quid faciam tibi, Ephraim?
quid faciam tibi, Juda? *Hos.* vi. 4.
Liberasti eos multis temporibus, et pertransisti super eos annos multos: *Neh.* ix. 28. [30.]
Et in misericordiis Tuis plurimis,
non fecisti eos in consumptionem. *Vers.* 31.

Non secundum peccata nostra facit nobis,
neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
Psal. ciii. 10.

Suscepit de manu Domini duplicia pro
omnibus peccatis suis. *Is.* xl. 2.

Quomodo misertus pater filiorum, misertus est Dominus
timentibus Eum. *Psal.* ciii. 13.

Compatiens.

Pœnitens mali. *Joel.* ii. 13.

Cito desinens.

Non in perpetuum irascetur,
neque in æternum comminabitur. *Psal.* ciii. 9.

Pronus ad veniam.

Dimissi tibi omne debitum, quia rogasti Me. *Mat.* xviii. 32.

Reconciliationem.

Reconcilians mundum Tibi, non reputans
delicta mundi. 2 *Cor.* v. 19.

Propitiationem.

Cito proferte stolam primam, et induite eum; et date
annulum in manum ejus; et adducite vitulum saginatum, etc. *Luc.* xv. 22, [23.]

Χρηστός.

Quia Ipse benignus est super ingratos
et malos. *Luc.* vi. 35.

Munificus.

Pro opera horaria mercedem diurnam. *Matt.* xx. 9.

Hodie Mecum eris in Paradiso. *Luc.* xxiii. 43.

Illuminans cæcos, [*Ps.* cxlvi. 7.] Solvens compeditos. [*Ps.* cxlvi. 7.]

Vestiens nudos, [*Matt.* vi. 30.] Erigens lapsos. [*Ps.* cxlv. 14.]

Sustinens labentes, [*Ps.* cxlv. 14.] Sanans ægros. [*Ps.* cxlvii. 3.]

Colligens dispersos, [*Is.* xi. 12.] Pascens vivos. [*Ps.* cxlv. 16.]

Sustentans famelicos, [*Ps.* cxlvi. 6.] Vivificans mortuos. [*Rom.* iv. 17.]

Dejiciens superbos, [*Luc.* i. 51.] Elevans humiles. [*Ps.* cxlvii. 6.]

Redimens captivos, [*Is.* lxi. 1.] Auxilians in tempore angustiæ. [*Heb.* iv. 16.]

Τίς ὅμοιός Σοι ἐν Θεοῖς, Κύριε,
δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις,
θαυμαστὸς ἐν δόξαις,
ποιῶν τέρατα. *Exod.* xv. 11.

CONFESSIO

in

Angelis, curam hominum agentibus, [*Heb.* i. 14.]

Archangelis, majora per illuminationem annunciantibus,

In voce Archangeli, 1 *Thess.* iv. 16.

Virtutibus mira facientibus,

Subjectis ei virtutibus, 1 *Pet.* iii. 22.

Potestatibus arcentibus dæmones jussione,

Principatibus perfectis gubernatione,

Dominationibus benefacientibus largitione,

Thronis judicantibus sessione,

Creata sunt ab Eo omnia, sive Throni,

sive Dominationes, sive Principatus,
sive Potestates. *Coloss.* i. 16.
Cherubim lucentibus cognitione,
Collocavit ante Paradisum Cherubim. *Gen.* iii. 24.
Seraphim ardentibus dilectione,
Seraphim stabant super illud : sex alæ, duabus. *Is.* vi. 2.
Astra matutina,
Rectores orbis,
Amatores hominum,
Summi ministri divinæ voluntatis,
Perseverantiam Angelorum,
de virtute in virtutem scandendo,
eorum choris sociari.

Patriarchæ	Fidem,
Prophetæ	Spem,
Apostoli	Labores,
Evangelistæ	
Martyres	Sanguis,
Confessores	Zelus,
Doctores	Studia,
Ascetæ Therapeutæ	Lacrymæ.
Virgines	Flores munditiæ, Gemmæ cœlestes, Consortes Agni immaculati.
Innocentes	Decor, Flores Ecclesiæ, Specula virtutum, Tabernacula Spiritus Sancti.

Quorum fides fortis, et vita probata.

Quorum { in corde charitas,
in ore veritas,
in vita pietas.

CONFESSIO LAUDUM.

Pro { Luce, [*Gen.* i. 3.]
Aquis et cœlo, [*Vers.* 6.]
Terra et plantis, [*Vers.* 11.]
Luminaribus, [*Vers.* 14.]
Piscibus et volatilibus, [*Vers.* 20.]
Feris et jumentis, [*Vers.* 24.]
Sabbato sancto. [*Gen.* ii. 3.]

Pro { Hominis formatione, { habita deliberatione,
manibus suis, [*Gen.* i. 26.]
Spiraculo divino, [*Gen.* ii. 7.]
Imagine, [*Gen.* i. 27.]
Dominio super creaturas, [*Vers.* 28.]
Cura Angelorum super eum, [*Psal.* xci. 11.]
Locatione in Paradiso, [*Gen.* ii. 8.]
Peccante, non tamen derelicto.

Pro { Promissione seminis, [*Gen.* iii. 15.]
Illo quod notum est Dei, [*Rom.* i. 19.]
Opere Legis scripto in cordibus, [*Rom.* ii. 15.]
Oraculis Prophetarum,
Melodia Psalmorum,
Sententiarum prudentia,
Historiarum experientia.

Pro { Generatione,
Enutritione,

Pro
- Conservatione,
- Gubernatione,
- Eruditione,
- Civilitate,
- Religione.

Pro
- Redemptione, [*Gal.* iv. 7.]
- Mysterio magno pietatis, [1 *Tim.* iii. 16.]
- Exinanitione, [*Phil.* ii. 7.]
- Humiliatione, [*Vers.* 8.]
- Apprehensione seminis Abraham, [*Heb.* ii. 16.]
- Unione ad illud, [1 *Tim.* ii. 5.]
- Oblatione vitæ, [*Heb.* x. 14.]
- Sacrificio mortis. [*Heb.* ix. 26.]

Pro omnibus { bonis, quæ fecit / malis, quæ passus est } a præsepi usque ad crucem.

Pro
- Universa œconomia,
- Sancta Incarnatione,
- Paupere Nativitate,
- Reclinatione in præsepe, [*Luc.* ii. 7.]
- Circumcisione, subjiciente Legi, [*Vers.* 21.]
- Primitiis sanguinis,
- Amabili nomine JESU,
- Manifestatione peccatoribus de Gentibus, [*Matt.* ii. 11.]
- Præsentatione in Templo, [*Luc.* ii. 22.]
- Fuga in Ægyptum, [*Matt.* ii. 14.]
- Oblatione vitæ,
- 1. Cupiditate audiendi,
- 2. Aviditate quærendi,
- 3. Humilitate parendi parentibus. [*Luc.* ii. 51.]

Pro { Sacrosancto Baptismo,
Apparitione in eo Trinitatis, [*Matt.* iii. 16, 17.]
Jejunio, [*Matt.* iv. 1.]
Tentatione, [*Vers.* 2.]
Egestate, ut non haberet ubi caput reclinaret, [*Matt.* viii. 20.]
Fame et siti, [*Jo.* iv. 7.]
Algore et æstu,
Fatigatione crebra, dum pertransiret benefaciendo, [*Act.* x. 28.]
Vigiliis / Pervigiliis } in oratione. [*Luc.* vi. 12.]

Miti conversatione,
in contradictione a peccatoribus, *Heb.* xii. 3.
Cum præcipitandus esset
ob bonum sermonem, *Luc.* iv. 29.
Cum lapidandus
ob bonum opus. *Jo.* viii. 59, et x. 31. [33.]
Quod contumeliis affici voluisti,
Samaritanus, [*Jo.* viii. 48.]
Helluo, [*Matt.* xi. 19.]
Dæmoniacus, [*Jo.* vii. 20.]
Planus, [*Matt.* xxvii. 63.] } vocari,
Barabbæ postponi. [*Jo.* xviii. 40.]

Pro { Concionibus, Homiliis,
Colloquiis, Diatribis,
Intercessionibus, Precibus.
Exemplis,
Signis,
Mysteriis,
Clavibus.

Benedictionibus,
per omnes gratias et miserationes
miraculorum Tuorum.

Pro Parabolis
- Duorum debitorum, [*Luc.* vii. 41.]
- Hominis semimortui, [*Luc.* x. 30.]
- Publicani et Pharisæi, [*Luc.* xviii. 10.]
- Servi obærati, [*Matt.* xviii. 24.]
- Ovis errantis, [*Luc.* xv. 4.]
- Drachmæ deperditæ, [*Vers.* 8.]
- Filii prodigi, [*Vers.* 11—32.]
- Vocatorum hora undecima. [*Matt.* xx. 6.]

Pro Sententiis :

Non enim misit Deus Filium Suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per Ipsum. *Jo.* iii. 17.

Non veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum. *Jo.* xii. 47.

Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. *Matt.* ix. 13.

Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. *Luc.* ix. 56.

Venit Filius hominis quærere et salvare quod perierat. *Luc.* xix. 10.

Et dare animam Suam redemptionem pro multis. *Matt.* xx. 28.

Venite ad Me omnes qui laboratis et onerati estis, et Ego reficiam vos. *Matt.* xi. 28.

Eum, qui ad Me veniet, non ejiciam foras. *Jo.* vi. 37.

Pater, dimitte illis; non enim sciunt quæ faciunt. *Luc.* xxiii. 34.

Hodie Mecum eris in Paradiso. *Vers.* 43.

Volo novissimo huic dare, sicut et tibi. *Matt.* xx. 14.

Pro Exemplis:

Muliere Cananæa, *Matt.* xv. 28.
seu Syrophœnicia, *Mar.* vii. 26.
Muliere Samaritana, *Jo.* iv. 26.
Muliere hæmorrhoïssa, *Luc.* viii. 48.
Adultera deprehensa, *Jo.* viii. 11.
Maria Magdalena, *Luc.* vii. 48.
Zacchæo, *Luc.* xix. 5.
Latrone, *Luc.* xxiii. 43.
Petro, *Luc.* xxii. 62.
Thoma, *Jo.* xx. 27.
Paulo, 1 *Tim.* i. 15.
Nicodemo, *Jo.* iii. [1—9.]
Οὗτος δέχεται ἁμαρτωλούς. *Luc.* xv. 2.
Hic peccatores recipit.
Contradicentibus, *Heb.* xii. 3.
Præcipitantibus, *Luc.* iv. 29.
Bis lapidantibus *Jo.* viii. 59.
de opere bono, *Jo.* x. 31.
Blasphemantibus, *Matt.* xxvii. 39.
Barabbam præferentibus, *Luc.* xxiii. 18.
Crucifixoribus e Gentibus.

Pro morte Christi,

1. Obedientia usque ad mortem crucis, [*Phil.* ii. 8.]
2. Desiderio ejus coarctante. [*Luc.* xxii. 15.]

Pro iis quæ passus est in
- Gethsemane, [*Matt.* xxvi. 36.]
- Gabbatha, [*Jo.* xix. 13.]
- Golgotha, [*Vers.* 17.]

1. Dolore		Ὠδῖνες		[*Act.* ii. 24.]
2. Pudore	Crucis.	Αἰσχύνη	τοῦ σταυροῦ.	[*Heb.* xii. 2.
3. Maledicto		Κατάρα		[*Gal.* iii. 13.]

1. Quod prodi voluit
2. a proprio discipulo. [*Matt.* xxvi. 15.]
3. Quod vendi voluit
4. triginta argenteis. [*Zech.* xi. 12.]

1. Quod in anima turbari, [*Jo.* xii. 27.]
2. Tædere, [*Mar.* xiii. 33.]
3. Pavere, [*Ibid.*]
4. Tristari ad mortem, [*Matt.* xxvi. 38.]
5. In agonia fieri, [*Luc.* xxii. 44.]
6. Clamorem validum emittere, [*Luc.* xxiii. 46.]
7. Lacrymas fundere, [*Heb.* v. 7.]
8. Grumos sanguinis sudare
usque ad madefactionem terræ. [*Luc.* xxii. 44.]

Gethsemane.

1. Quod Discipulos soporari, [*Matt.* xxvi. 43.]
2. unius eorum osculo prodi, [*Vers.* 49.]
3. reliquos scandalizari, [*Vers.* 33.]
et in fugam verti, [*Vers.* 56.]
4. Solus relinqui, [*Ibid.*]
5. a Petro negari, [*Vers.* 70.]
6. cum ejuratione [*Vers.* 72.]
et
7. Anathematismo. [*Vers.* 74.]

Quod potestati tenebrarum subjici. [*Luc.* xxii. 53.]

1. Quod manus injici, [*Matt.* xxvi. 50.]
2. ut latro comprehendi, [*Vers.* 55.]

3. ligari,
4. abduci,
5. raptari ad
   1. Annam, [*Jo.* xviii. 13.]
   2. Caipham, [*Vers.* 24.]
   3. Pilatum, [*Vers.* 28.]
   4. Herodem, [*Luc.* xxiii. 7.]
   5. Pilatum denuo, [*Vers.* 11.]
   6. Prætorium, [*Jo.* xviii. 28.]
   7. Gabbatha, [*Jo.* xix. 13.]
   8. Patibulum. [*Vers.* 17.]

Golgotha.

Qui coram judice tacuisti, [*Matt.* xxvii. 12.]
contine os meum.
Qui vinculis ligari voluisti, [*Jo.* xviii. 24.]
contine manus meas.

I. Quod *ῥαπίσματι*, [*Marc.* xiv. 65.]
1. alapa percuti coram Anna, [*Jo.* xviii. 22.]
2. accusari coram Caipha, [*Vers.* 24.]
3. falsis testibus impeti, [*Matt.* xxvi. 59.]
4. blasphemiæ condemnari, [*Vers.* 55, 56.]
5. multipliciter derideri, [*Luc.* xxiii. 35.]
6. A ministris contumeliis affici, [*Mar.* xiv. 65.]
7. Colaphis cædi, [*Matt.* xxvi. 67.]
8. Palmis percuti, [*Ibid.*]
9. Facie velari, [*Mar.* xiv. 65.]
10. Fustigari, [*Ibid.*]
11. Conspui, [*Matt.* xxvi. 67.]
12. Illudi, [*Luc.* xxii. 63.]
13. Blasphemari. [*Vers.* 64.]

II. 1. Caput spinis coronatum, [*Matt.* xxvii. 29.]
arundine percussum, [*Vers.* 30.]
2. Oculi lacrymis perfusi, [*Heb.* v. 7.]
3. Aures conviciis oppletæ, [*Matt.* xxvii. 39.]
4. Os felle et aceto potum, [*Vers.* 34.]
5. Facies sputis fœde illita, [*Matt.* xxvi. 67.]
6. Dorsum flagellis exaratum, [*Matt.* xxvii. 26.]
7. Collum cruce depressum, [*Jo.* xix. 17.]
8. Manus extensæ, [*Psal.* xxii. 16.]
9. Genua flexa ad orandum, [*Luc.* xxii. 41.]
10. Pedes clavis suffixi, [*Psal.* xxii. 16.]
11. Pectus turbatum mœrore, [*Matt.* xxvi. 38.]
12. Cor lancea perforatum, [*Jo.* xix. 34.]
13. Sanguis copiose manans undique, [*Ibid.*]
14. Anima tristis et vox agonizans, *Eli, Eli.* [*Matt.* xxvi. 46.]

III. 1. Accusari apud Pilatum de seditione, [*Luc.* xxiii. 2.]
2. A suis negari, [*Matt.* xxvi. 70.]
3. Barabbæ postponi. [*Luc.* xxiii. 18.]

IV. 4. Vinctum ad Herodem mitti, [*Vers.* 7.]
5. Alba veste indui, [*Vers.* 11.]
6. Ludibriis haberi. [*Ibid.*]

V. 7. Ad Pilatum remitti, [*Ibid.*]
8. Ad mortem instanter rogari, [*Jo.* xix. 15.]
9. Morte turpissima condemnari, [*Matt.* xxvii. 26.]
10. Voluntati militum tradi, [*Luc.* xxiii. 25.]
11. Purpura indui, [*Matt.* xxvii. 28.]
12. Spinis coronari, [*Vers.* 29.]
13. Arundineo sceptro illudi, [*Ibid.*]
14. Genu flexo salutari, [*Ibid.*]
15. Rex appellari per scomma, [*Ibid.*]

16. Conspui in facie, [*Vers.* 30.]
17. Caput arundine percuti, [*Ibid.*]
18. Purpura exui, [*Vers.* 31.]
VI. 19. Ad columnam ligari in Prætorio, [*Matt.* xxvii. 26.]
20. Virgis cædi, [*Ibid.*]
21. Flagellari, [*Ibid.*]
22. Baptismo sanguinis baptizari, [*Luc.* xii. 50.]
23. Livores } perpeti, [*Is.* liii. 5.]
24. Vulnera }
25. Clamore ad crucem postulari, [*Luc.* xxiii. 23.]
26. Tanquam triste spectaculum ostendi,
ECCE HOMO! [*Jo.* xix. 5.]
27. Clamore denuo efflagitari, [*Vers.* 15.]
28. Ad crucem damnari, [*Vers.* 16.]
VII. 29. Cruce onerari, [*Vers.* 17.]
30. Ad locum supplicii duci, [*Ibid.*]
31. Sub cruce succumbere, [*Luc.* xxiii. 26.]
32. Myrrha potari, [*Marc.* xv. 23.]
33. Nudari, [*Vers.* 24.] Pudor.
34. In cruce extendi, Dolor.
35. Clavis configi, [*Jo.* xx. 25.]
36. Manus et pedes fodi, [*Psal.* xxii. 16.]
37. In medio latronum statui, [*Luc.* xxiii. 33.]
38. Cum sceleratis deputari, [*Mar.* xv. 28.]
39. A prætereuntibus illudi, [*Vers.* 29.]
40. A latronibus ipsis blasphemari in Golgotha. [*Vers.* 32.]
VIII. 1. A Deo derelinqui, [*Matt.* xxvii. 46.]
2. Deum inclamans irrideri, [*Vers.* 43.]
3. Sitire, [*Jo.* xix. 28.]
4. Aceto potari, [*Vers.* 29.]
5. Caput inclinare, [*Jo.* xix. 30.]

6. Spiritum emittere, [*Ibid.*]
7. Latus lancea perforari, [*Vers.* 34.]
8. Mortuum blasphemari, [*Matt.* xxvii. 63.]
9. Πλάνον vocari, [*Ibid.*]
10. Ἄγνωστοι βάσανοι.

Per pœnas Tuas, quas ego indignus hic recolo,
Animam meam a pœnis inferni libera.

Septem verba Christi novissima,
1. Pater, dimitte. [*Luc.* xxiii. 34.]
2. Mulier, ecce filium! [*Jo.* xix. 26.]
3. Hodie Mecum eris in Paradiso. [*Luc.* xxiii. 43.]
4. Eli, Eli. [*Matt.* xxvii. 46.]
5. Sitio. [*Jo.* xix. 28.]
6. Consummatum est. [*Vers.* 30.]
7. Pater, in manus Tuas, etc. [*Luc.* xxiii. 46.]

1. Qui gloriosum caput vulnerari voluisti,
ignosce per illud,
quicquid capitis mei sensibus deliqui.
2. Qui sacras manus fodi,
ignosce per illas,
quicquid per tactum illicitum,
operationem illicitam.
3. Qui pretiosum latus perforari,
ignosce per illud,
quicquid per illicitas cogitationes
in ardore libidinis.
4. Qui beatos pedes suffigi,
ignosce per illos,
quicquid per incessum pedum
velocium ad malum.

5. Qui totum corpus distendi,
ignosce per illud,
quicquid per officium omnium
membrorum male deliqui.

Et ego, Domine, vulneratus sum in anima;

En { multitudinem,
longitudinem,
latitudinem,
profunditatem eorum,

a capite usque ad calcem:
Et per Tua sana mea!

1. Pretiosa mors,
2. Lateris apertura,
3. Sanguinis et aquæ fluenta,
4. Emendicatio corporis,
5. Depositio de cruce,
6. Sepultura in alieno,
7. Triduana.

Per hæc omnia admoneo Te, et rogo Te.
Obsecro Te, ut offerre digneris pro me
hæc omnia Patri Tuo.

Omnes amaritudines quas passus es,
Charitatem super omnes qua passus es.

Transfiguratio.

1. Triumphus et traductio principatuum,
et potestatum tenebrarum in seipso. [*Col.* ii. 15.]
2. Potens resurrectio. [*Phil.* iii. 10.]
3. Apparitio { 1. Magdalenæ, [*Mar.* xvi. 9.]
2. Mulieribus, [*Matt.* xxviii. 9.]

Apparitio:
3. Petro, [*Luc.* xxiv. 34.]
4. Euntibus Emmauntem versus, [*Vers.* 13—32.]
5. Decem sine Thoma, [*Jo.* xx. 20—24.]
6. Undecim, [*Vers.* 26.]
7. Ad mare Tiberiadis, [*Jo.* xxi. 1—24.]
8. Jacobo, [1 *Cor.* xv. 7.]
9. Quingentis, [*Vers.* 6.]
10. In Bethania. [*Luc.* xxiv. 50.]

4. Gloriosa ascensio. [*Act.* i. 9.]
5. Sessio ad dextram. [*Act.* ii. 33.]
6. Distributio donorum. [*Eph.* iv. 8.]
7. Continua interpellatio pro nobis. [*Heb.* vii. 25.]
8. Reditus ad judicium. [*Act.* i. 11.]

CONFESSIO LAUDUM.

Pro Spiritu Sancto.

VENI, Creator Spiritus,
Mentes Tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ Tu creasti pectora.

In veteri Testamento,
1. Incubatio aquarum, [*Gen.* i. 2.]
2. Emissio in viventes, [*Vers.* 20.]
3. Inspiratio hominis, [*Gen.* ii. 7.]
Bezaleel, [*Exod.* xxxi. 3.]
LXX. Seniorum, [*Num.* xi. 25.]
4. Descensus super Prophetas. [1 *Sam.* x. 10.]

Adventus visibilis.

Umbra. 1. Superventus et obumbratio in Conceptione Christi. [*Luc.* i. 35.]

Columba. 2. Adventus in specie columbæ super Christum in Baptismo. [*Matt.* iii. 16.]

Habitus. 3. Super Apostolos in habitu Christi post resurrectionem. [*Jo.* xx. 22.]

Linguæ igneæ. 4. in linguis igneis post Ascensionem. [*Act.* ii. 3, 4.]

Adventus invisibilis.

1. Super congregatos in oratione, *Act.* iv. 31.
2. Super Cornelium, *Act.* x. 44.
3. Super XII. Ephesios, *Act.* xix. 6.

Visitatio subinde per vices.

1. In vocatione { 1. Avocatione a peccato, 2. Evocatione e mundo, 3. Revocatione a recidiva.

1. Ἔκκλησις,
2. Ἀνάκλησις,
3. Ἐπανάκλησις.

2. Invocatione, Ἐπίκλησις.
3. Advocatione, Παράκλησις.

Divisio { 1. Gratiarum, 2. Ministrationum, 3. Operationum. 1 *Cor.* xii. 4—6.

Charismata Spiritus,
Opera,
Fructus.

1. Compunctio redarguentis, *Jo.* xvi. 8.
2. Unctio docentis, 1 *Jo.* ii. 20.
3. in memoriam revocantis, *Jo.* xiv. 26.
4. Diffusio charitatis, *Rom.* v. 5.
5. Subventio infirmitatis nostræ in orando, *Rom.* viii. 26.

6. Contestatio adoptionis nostræ, *Rom.* viii. 16.
7. Obsignatio in mysteriis, 2 *Cor.* i. 22.
8. Arrhabo experientiæ. *Eph.* i. 14.

1. Visitatio, Invisere cor.
2. Inhabitatio,
3. Purgatio,
4. Illustratio, Illuminatio.
5. Roboratio,
6. Adornatio,
7. Perfectio. Perductio.
    1. Dux veritatis, [*Jo.* xvi. 13.]
    2. Subministratio virtutis.

Triumphus misericordiæ.

Per et propter

1. { Nomen, Gloria nominis. [*Psal.* lxxix. 9.]
2. { Veritas promissa, Interventus juramenti. [*Heb.* vi. 17.]
3. Consolatio charitatis, *Phil.* ii. 1.
4. Viscera miserationum, [*Ibid.*]

Misericordia {
5. magna, *Psal.* li. 1.
6. multa, [*Ibid.*]
7. antiqua, *Psal.* xxv. 6.
8. copiosa, *Psal.* cxxx. 7.
9. æterna, *Psal.* cxxxvi.
10. nimia, *Eph.* ii. 4.
11. mirifica, *Psal.* xvii. 7.

12. Divitiæ misericordiæ, *Eph.* i. 7.
13. Redundantia misericordiæ, *Vers.* 8.

περισσεία.

πλεονασμός.

14. Excessus, ὑπερπλεονασμός. 1 *Tim.* i. 14.

15. Superabundantia, ὑπερπερισσεία. *Rom.* v. 20.

16. Hyperbole, ὑπερβαλλόντως. *Ephes.* ii. 7.

17. Triumphus super omnia opera. *Psal.* cxlv. 9.

18. super justitiam. *Jac.* ii. 13.

19. Satisfactio et merita Christi.

20. Consolatio Spiritus Sancti. *Phil.* ii. 1.

Misericordia.

1. Quod non consumimur, *Thren.* iii. 22.
2. Præveniens, *Psal.* lxxix. 8.
3. Subsequens, *Psal.* xxiii. 6.
4. Circumdans, *Psal.* xxxii. 10.
5. Condonans, *Psal.* ciii. 13.
6. Coronans, *Vers.* 4.

Μῆκος,	1. Longa,	*Eph.* iii. 18.
Πλάτος,	2. Lata,	
Βάθος,	3. Profunda,	
Ὕψος,	4. Alta.	

1. A sæculo, *Psal.* xxv. 6.
2. In sæculum, *Psal.* lxxxix. 1.
3. Ad cœlum usque, *Psal.* cviii. 4.
4. Ad infernum usque, *Psal.* lxxxvi. 13.
5. In omnes, *Rom.* xi. 32.
6. Tenera, *Luc.* i. 78.

Ego distuli pœnitentiam,
et Tu prolongasti patientiam.
Misericordia, fons
qui nunquam potest exhauriri.

Misericordia.

1. Dulcis, *Psal.* lxix. 16. et cix. 21.
2. Melior vita, *Psal.* lxiii. 3.
3. Tanta, quanta majestas, *Syr.* [i. e. *Ecclus.*] ii. 18.
4. Usque ad septuagies septies, *Matt.* xviii. 22.
5. Nihil odio habens quod creavit, [*Sap.* xi. 25.]
6. Nec pullos corvorum, [*Psal.* cxlvii. 9.]
   Nec passerculum negligens, [*Matt.* x. 29.]
7. Volens omnes salvari, 1 *Tim.* ii. 4.
8. Nolens quenquam perire, 2 *Pet.* iii. 9.
9. Ovem humeris reportans, *Luc.* xv. 5.
10. Pro drachma domum everrens, [*Vers.* 8.]
11. Mille talenta dimittens, *Matt.* xviii. 32.
12. Vulnera semivivi obligans, *Luc.* x. 34.
13. Lætus occurrens filio nequam, *Luc.* xv. 20.
14. Jonam fugientem liberans, *Jon.* ii. 10.
15. Petrum negantem suscipiens, [*Jo.* xxi. 15.]
16. Thomam incredulum non ejiciens, *Jo.* xx. 27.
17. Paulum blasphemantem convertens, 1 *Tim.* i. 13.
18. Adulteram deprehensam liberans, *Jo.* viii. 11.
19. Magdalenam peccatricem admittens, *Luc.* vii. [47.]
20. Latronem Tibi in Paradiso socians, *Luc.* xxiii. 43.
21. Stans ad ostium et pulsans, *Apoc.* iii. 20.
22. Servos suos Ipse Dominus rogans, 2 *Cor.* v. 20.
23. Cujus locus { Thronus gratiæ, *Heb.* iv. 16. / Propitiationum arcæ, *Exod.* xxv. 22. }
24. Cujus tempus dies salutis. 2 *Cor.* vi. 2.

PRÆORATIO.

1. Ascendat oratio, [*Act.* x. 4.]
2. Perveniat ad Te, 2 *Paralip.* xxx. 27.
3. Intret, *Psal.* lxxxviii. 2.
4. Appareat in conspectu Tuo, *Psal.* cxli. 2.
5. Gratiam inveniat, [*Heb.* iv. 16.]
6. Appropinquet, *Psal.* cxix. 169.

Et peto ne revertatur ad me vacua, [*Is.* lv. 11.]
Sed sicut scis, et potes, et vis.

1. Audi, *Psal.* cxix. 149.
2. Inclina aurem, *Psal.* lxxxvi. 1. *Dan.* ix. 18.
3. Intende et considera, *Psal.* lxi. 1. *Thren.* i. 12.
4. Intellige, [*Psal.* cxxxix. 2.]
5. Exaudi, *Psal.* lxiv. 1.
6. Recordare ut facias. *Dan.* ix. 19.

DEPRECATIO.

Ne {
declines in ira, *Psal.* xxvii. 10.
avertas oculum, [2 *Paral.* xxx. 9.]
abscondas faciem, *Job.* xiii. 24.
opponas nubem, *Thren.* iii. [44.]
occludas aurem, [*Vers.*] 56.
deseras, *Psal.* xxxviii. 21.
derelinquas in finem, *Psal.* xxvii. 9.
despicias, *Ibid.*
sileas, *Psal.* xxxix. 13.
dormias, *Matt.* viii. 24.
discedas longius, *Psal.* xxxv. 22.
repellas, *Psal.* xliv. 23.
auferas misericordiam, *Psal.* lxxxix. 33.
}

Ne
- fallas veritatem, [*Ps.* lxxxix. 49.]
- me arguas in ira, *Psal.* vi. 1.
- me corripias in furore, *Psal.* xxxviii. 1.
- projicias a facie, [*Psal.* li. 11.]
- Noli me reprobare a pueris Tuis, [*Sap.* ix. 4.]
- auferas Spiritum Tuum, *Psal.* li. 11.
- obliviscaris in finem, *Psal.* lxxiv. 19.
- irascaris satis, *Is.* lxiv. 9.
- tradas / allidas } me in manu iniquitatis, *Psal.* xxvii. 12. *Is.* lxiv. 7.
- tardes reverti, *Hab.* ii. 3.
- perdas cum impiis animam meam. *Psal.* xxvi. 9.

Si potentiam hostis ad tempus Tua permissione patimur, nequaquam ejus insatiabilibus faucibus absorbeamur.

Vincatur

Leo ab ove infirma,

Violens spiritus a debili carne.

ALLEGATIO.

Memorare quæ mea substantia, [*Psal.* lxxxix. 47.]

Quod
- pulvis et cinis, *Gen.* xviii. 27.
- Fœnum et flos, *Is.* xl. 6.
- Caro et spiritus vadens, *Psal.* lxxviii. 39.
- Putredo et vermis, *Job.* xvii. 14.

Ut advena et peregrinus in terra. *Psal.* xxxix. 12.

Habitans domum luteam, *Job.* iv. 19.

Dies pauci et mali, *Gen.* xlvii. 9.

Hodie et non cras, *Prov.* xxvii. 1.

Mane et non usque ad vesperam, *Is.* xxxviii. 13.

Nunc et non statim,

In corpore mortis, *Rom.* vi. 6.

In mundo corruptionis, 2 *Pet.* i. 4.

in maligno posito, 1 *Jo.* v. 19.

Memor esto hujus. *Psal.* lxxiv. 18.

PECCATORUM CONFESSIO.

Peccavi

Vere, Domine, et ego ex illis sum, nam et vita mea manifestum me facit.

Tibi confiteor, quia, si volo abscondere, non possum a Te, Domine.

Quis potest facere mundum de immundo semine? *Job.* xiv. 4.

Peccator sum { ex immundo semine. / ex immundo utero.

In peccatis concepit me mater, *Psal.* li. 5.

Radix amaritudinis, [*Heb.* xii. 15.]

Oleastri surculus. [*Rom.* xi. 17.]

1. Peccavi, injuste egi, inique feci coram Te. *Psal.* cvi. 6.
2. Impie me gessi in fœdere, 1 *Reg.* viii. 47.
3. Projeci legem, *Is.* v. 24.
4. Rejeci disciplinam, *Prov.* xv. 32.
5. Oppressi Spiritum, *Is.* lxiii. 10.
6. Post cogitationes ivi, *Jer.* xviii. 12.
7. De malo in malum transivi, [*Psal.* lxix. 27.]
8. Nec Te metui, [*Is.* lvii. 11.]
9. Nec sum reversus, *Luc.* xv, [20.]
10. Ne revocatus quidem, *Jer.* vii. 13.
11. Nec vel afflictus, *Jer.* v. 3. *Prov.* xxiii. 35.

12. Sed obdurui, *Heb.* iii. 13.
13. Te irritavi, 1 *Reg.* xvi. 33. *Psal.* x. 13.
14. Et hæc omnia vidisti, *Thren.* iii. 59.
Et tacuisti. *Psal.* l. 21.

AGGRAVATIO.

1. Peccati mensura, { Noxa, Scandalum.
2. Qualitas,
3. Iteratio, Quoties ?
4. Continuatio, Quamdiu ?
5. Persona, Quis ?
   Ætas,
   Conditio,
   Status,
   Cognitio.
6. Modus,
7. Causa motiva,
8. Tempus,
9. Locus.
   1. Stultitia,
   2. Ingratitudo,
   3. Duritia,
   4. Contemptus.

Peccati Species.

1. { Funiculi, Rudentes. *Is.* v. 18.
2. { Necessitates, *Psal.* xxv. 17. Superfluitates. *Jac.* i. 21.

3. Omissio, sive defectus,
Non facere quæ oportet.
Commissio, sive excessus,
Facere quæ non oportet. *Rom.* vii. 15.

4. Cordis, intus, Cogitatione,
Oris, Operis, extra, Verbo, Facto.

5. In Deum,
In proximum,
In corpus proprium.

6. Ignorans,
Sciens.

7. Invitus,
Volens.

8. Vetera,
Recentia.

9. Ex ætate Pueritiæ,
Juventutis,
Maturæ, Provectæ ætatis.

10. Semel admissa,
Sæpius iterata.

11. Occulta,
Manifesta.

12. Ex ira,
Ex concupiscentia carnis, mundi.

13. A necdum vocato,
A jam vocato.

14. De nocte dormiens,
De die vigilans.

15. { Propria,
Aliena.

16. { Quæ memini,
Quæ oblitus sum.

Quæcunque ab infantia usque nunc,
usque momentum hoc;
Sciens aut ignorans,
Intus aut extra,
Dormiens aut vigilans,
Verbis, factis, cogitationibus,
Per jacula inimici ignita,
Per desideria carnis immunda,
peccavi Tibi,
Miserere mei, Deus, et dimitte mihi.

Pœnitet.

1. Dolet, λύπη, Plagæ. [2 *Cor.* vii. 11.]
2. Pudet, αἰσχύνη, Maculæ, labis, sordium, [*Rom.* vi. 21.]
3. Piget, ἀγανάκτησις, Reatus. [2 *Cor.* vii. 11.]
4. Horret, φόβος, Supplicii. [*Ibid.*]
5. Tædet, κοπιῶ, Servitutis, jugi. [*Matt.* xi. 28.]
    1. Timor, φόβος. [2 *Cor.* vii. 11.]
    2. Indignatio, ἀγανάκτησις. [*Ibid.*]
    3. Judicium, κρίσις. [1 *Cor.* xi. 31.]
    4. Vindicta, ἐκδίκησις. [2 *Cor.* vii. 11.]
    5. Odium. [*Jud.* 23.]
    6. Fuga occasionum. [*Gal.* v. 13.]
    7. Humiliatio. [*Jac.* iv. 10.]
    8. Percussio pectoris. [*Luc.* xviii. 13.]
    9. femoris. [*Jer.* xxxi. 19.]

10. Depositio excellentiæ, Cilicium. [*Jer.* iv. 8.]
11. Jejunium, [*Joel.* ii. 12.]
12. Oratio, Devotio, Commemoratio.
13. Misericordiæ opera. [*Prov.* xvi. 6.]

Da semper dolere,
et semper de dolore gaudere.

Miserere.

Respice me et miserere, [*Psal.* cxix. 132.]
Ne despice me, [*Psal.* xxvii. 9.]
Recordare misericordiæ, [*Psal.* xcviii. 3.]
Cito anticipent nos misericordiæ, [*Psal.* lxxix. 8.]
Ne irascere, [*Is.* lxiv. 9.]
Ne respice peccata mea, et indignare, [*Ibid.*]
Gratiam fac, *χάρισαι.* [*Rom.* viii. 32.]
Iram contine. Differ iram. [*Is.* lxiv. 12.]
Ne statuas, *Μὴ στήσῃς.* [*Act.* vii. 60.]
Ne imputes, *μὴ λογίσῃ.* [*Psal.* xxxii. 2.]
Ne memineris, *μὴ μνησθῇς.* [*Psal.* lxxix. 8.]
Ne observes, [*Psal.* cxxx. 3.]
Ne intres in judicium, [*Psal.* cxliii. 2.]
Ne despicias, [*Psal.* xxvii. 9.]
Ne projicias a facie. [*Psal.* li. 11.]

Usque quo? [*Psal.* lxxix. 5.]
Nunquid in finem? [*Ibid.*]

Esto { placabilis, [*Exod.* xxxii. 12.]
præstabilis, [*Joel.* ii. 13.]
exorabilis. [*Psal.* lxxvii. 7.] }

Ne ira Tua veniat super me,
Sed gratia Tua, quæso, præveniat me.

Fac mecum misericordiam,
nunc et in hora mortis.
Ne noceat culpa carnis ad pœnam,
Quin prosit miseratio pietatis ad veniam.

1. *Reatus.* 3. *Languor.*
2. *Macula.* 4. *Servitus.*

I. Reatus. Ὑπόδικον.

Ne ad damnationem.

1. Parce, *φεῖσαι.* [*Job.* xiv. 16.]
2. Tolle, aufer, *αἶρε.* [*Jo.* i. 29.]
3. Transfer. [2 *Sam.* xii. 13.]
4. Dissipa, *διασκέδασον.* [*Is.* xxxviii. 17.]
5. Veniam da, *συγχώρησον.* [*Sap.* xii. 11.]
6. Indulge, *ἄφες.* [*Is.* lxiii. 7.]
7. Ignosce, *σύγγνωθι.* [*Joel.* ii. 14.]
8. Libera a pœna, *ῥῦσαι,* condona, [*Psal.* lxxix. 8.]
9. Propitius esto, *ἱλάσθητι.* [*Ibid.*]
10. Reconciliare, *καταλλάγηθι.* [2 *Cor.* v. 18.]
11. Repropitiare. [1 *Reg.* viii. 39.]

II. Macula. Κηλίς. Δυσειδές.

1. Averte faciem a peccatis, *ἀπόστρεψον.* [*Psal.* li. 9.]
   Ne avertas a miseria. [*Ps.* xliv. 24.]
2. Præteri, *ὑπέρβαινε.* [*Mich.* vii. 18.]
3. Dissimula, *ὑπέριδε.* [*Act.* xvii. 30.]
4. Sustine, *ἀνέχου.* [*Rom.* ii. 4.]
5. Tege, *κάλυψον.* [*Psal.* lxxxv. 2.]
6. Munda, [*Psal.* li. 2.]

7. Purga, *καθάρισον.* [*Psal.* xix. 12.]
8. Ablue, *λοῦσαι.* [*Is.* i. 16.]
9. Dealba, *λεύκανον.* [*Vers.* 18.]
10. Dele, *ἀπάλειψον.* [*Is.* xliv. 22.]

III. Languor. Πληγή. Τὸ *νοσηρὸν σύντριμμα.*

1. Cura, *θεράπευε.*
   ἐπιμέλειαν ἔχε. *Luc.* x. 35.
2. Medere, *ἴασαι.* [*Psal.* cxlvii. 3.]
3. Sana.
   Remissius fac, *σῶσον ἀπό.* [*Psal.* lxi. 18.]
   Extirpa, *κάλαμον κατεάγης.* [*Matt.* xii. 20.]

IV. Servitus.

Vindica, Erue.
Libera, Salva.

Propono.	Προαιρῶ.
1. Statui,	*ἔστησα.* [*Ps.* cxix. 106.]
2. Concupivi,	*ἐπιθυμῶ.* [*Vers.* 20.]
3. Desidero,	*ἐπιπόθησις.* [2 *Cor.* vii. 11.]
4. Zelo,	*ζηλῶ.* [*Ibid.*]
5. Studeo,	*σπουδή.* [*Ibid.*]
6. Allego,	*ἀπολογία.* [*Ibid.*]

1. Quod
   1. avertam, *ἀποστρέψω.* [*Is.* xxx. 15.]
   2. derelinquam, *ἀπολείπειν.* [*Is.* lv. 7.]
   3. discedam, *ἀφίστασθαι.* [2 *Tim.* ii. 19.]
   4. dicam sufficit, *ἀρκετός.* [1 *Pet.* iv. 3.]
   5. non dehinc denuo. *οὐκέτι.* [*Vers.* 2.]

2. Quod
1. convertar ad Te, ἐπιστρέψω. [*Thren.* iii. 40.]
2. convertam pedes meos. [*Ps.* cxix. 59.]
3. attollam manus meas. [*Thren.* iii. 41.]
4. declinabo, ἐκκλίνειν. [*Ps.* xxxiv. 14.]
dissipabo voluntatem.
curva in recta.
ponam sepem. [*Hos.* ii. 6.]

Infirmus sum.

1. Non facio quod volo,
Facio quod nolo. [*Rom.* vii. 19.]
2. Veniunt filii ad partum. [*Is.* xxxvii. 3.]
3. Non sinunt me cogitationes ascendentes in cor. [*Luc.* xxiv. 38.]
4. Fluctus intrant ad animam meam. [*Psal.* lxix. 1.]
5. Lex membrorum captivat. [*Rom.* vii. 23.]
6. Domine, vim patior, responde pro me. [*Is.* xxxviii. 14.]
7. Quis me liberabit? [*Rom.* vii. 24.]

Fer opem.

1. Succurre, βοήθει. Deus in adjutorium. [*Ps.* lxx. 1.]
2. Opitulare, ἀνάληψαι. Salva me, Deus. [*Ps.* lxix. 1.]
3. Subveni, ἀντιλαβοῦ. Exurgat Deus. [*Ps.* lxviii. 1.]
4. Converte, ἐπίστρεψον. Exurge, Domine. [*Ps.* iii. 7.]
5. Quære, ζήτει. [*Luc.* xix. 10.]
6. In adjutorium intende. [*Psal.* lxx. 1.]
7. Aperi oculos, et vide, [*Is.* xxxvii. 17.]
8. Inclina aures, et audi. [*Ibid.*]
9. Inclina cor, Κλῖνον καρδίαν. [*Psal.* cxix. 36.]
10. Revela aures. [*Job.* xxxvi. 10.]
11. Illumina oculos. [*Psal.* xiii. 3.]
12. Confirma manus. [*Neh.* vi. 9.]

13. Dirige gressus, Ἴθυνον ἴχνη. [*Psal.* cxix. 133.]
14. Ure renes, νεφρούς. [*Psal.* xxvi. 2.]
15. Confige carnes, σάρκας. [*Psal.* cxix. 120.]
16. Trahe me post Te, εἶλξον. [*Cant.* i. 4.]
17. In camo constringe. [*Psal.* xxxii. 9.]
18. Pone me juxta Te. [*Job.* xvii. 3.]
19. Ne ad vomitum, ἐξέραμα. [2 *Pet.* ii. 22.]
20. Ne tentatio, nisi humana. [1 *Cor.* x. 13.]
21. Ne proficiat inimicus. [*Psal.* lxxxix. 22.]
22. Ne me immergat. [*Psal.* lxix. 15.]

Sepi spinis. [*Hos.* ii. 6.]

Amove { occasiones,
scandala.

Quies animæ.

Adhuc peccatum excubat præ foribus. *Gen.* iv. 7.

Non delerem propter decem. *Gen.* xviii. 32.

In monte providebit Dominus. *Gen.* xxii. [14.]

Dominator, Dominus Deus, misericors et clemens, patiens, et multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem et scelera atque peccata. *Exod.* xxxiv. 6, [7.]

Affligentur, donec confiteantur, *Lev.* xxvi. 29.

Cum erubescent, tunc orabunt, [*Vers.*] 41.

Et recordabor fœderis mei. [*Vers.*] 42.

Cum venerint super te mala, et ductus pœnitudine cordis tui reversus fueris ad Deum, miserebitur tui, et benedicet tibi, et circumcidet cor tuum, ut diligas Dominum. *Deut.* xxx. 1, [2, 3. 6.]

Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? [*Psal.* xlii. 12.]

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor Ei, salutare vultus mei, et Deus meus. [*Psal.* xlii. 12.]

Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefaciet tibi. *Psal.* cxvi. 7.

Recordare.

Memor esto verborum Tuorum servo Tuo, in quibus mihi spem dedisti. *Psal.* cxix. 49.

Et suscipe me secundum eloquia Tua, ut vivam: et non confundas me ab exspectatione mea. [*Vers.* 116.]

Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur. [*Psal.* ciii. 9.]

Non secundum peccata nostra faciet nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuet nobis. [*Vers.* 10.]

Ipse adeo misericors fuit, et propitius peccatis nostris, ut non disperderet nos. [*Psal.* lxxviii. 38.]

Recordatus est quia caro sumus,
spiritus vadens, et non rediens. [*Vers.* 39.]

Misericordia superexaltans.

Venite et arguite Me, dicit Dominus;

Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. *Is.* i. 18, 19.

Cum conversus ingemueris, tum salvus fies. *Is.* xxx. 15.

Exspectat Deus, ut misereatur vestri. *Vers.* 18.

Calamum quassatum non confringet, et linum fumigans non extinguet. *Is.* xlii. 3.

Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter Meipsum, et peccatorum tuorum non recordabor. *Is.* xliii. 25.

Deleo, ut nubem, iniquitates tuas, et quasi nebulam, peccata tua. Revertere ad Me, et redimam. *Is.* xliv. 22.

Usque ad senectam Ego Ipse, et usque ad canos Ego portabo: Ego feci, et Ego feram, Ego portabo et salvabo. *Is.* xlvi. 4.

Vere languores nostros Ipse tulit, et dolores nostros Ipse portavit. *Is.* liii. 4.

Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra;

Disciplina pacis nostræ super Eum: et livore Ejus sanati sumus. *Vers.* 5.

Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit; et posuit Deus in Eum iniquitates omnium nostrum. *Vers.* 6.

Eritque, antequam clament, Ego exaudiam; adhuc illis loquentibus, Ego audiam. [*Is.* lxv. 24.]

Nunquid voluntatis Meæ est mors impii, et non ut convertatur a viis suis, et vivat? *Ez.* xviii. 23.

Convertimini, et avertimini ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas. *Vers.* 30.

Vivo Ego; nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat.

Convertimini, convertimini a viis vestris pessimis: et quare moriemini, domus Israel? *Ez.* xxxiii. 11.

Impietas impii non nocebit ei in quacunque die conversus fuerit ab iniquitate sua. *Vers.* 12.

Et cum recesserit impius ab impietate sua, feceritque judicium et justitiam, vivet in iis. *Vers.* 19.

Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, et miserebitur ejus, et ad Deum nostrum, quia multus est ad ignoscendum. *Is.* lv. 7.

CONFESSIO PECCATI.

DEUS, Tu scis insipientiam meam, et delicta mea a Te non sunt abscondita. *Psal.* lxix. 5.

Cognosco et ego, et peccatum meum contra me est semper. *Psal.* li. 3.

Non abscondo peccatum, sicut Adam. *Job.* xxxi. 33.

Non declino cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. *Psal.* cxli. 4.

Sed confiteor adversum me injustitiam meam. *Ps.* xxxii. 5.

Et omnia quæ intra me sunt, *Psal.* ciii. 1.

Et omnia ossa mea dicunt, *Psal.* xxxv. 10.

Peccavi, *Psal.* cvi. 6.

Peccavi Tibi, Domine.

Erravi sicut ovis quæ periit. [*Psal.* cxix. 176.]

Protervus fui, sicut juvenca indomita. *Jer.* xxxi. 18.

Reversus sum sicut canis ad vomitum: *Prov.* xxvi. 11.

Sicut sus lota, in volutabro luti. 2 *Pet.* ii. 22.

Do Tibi gloriam, Domine, et confiteor,

Peccavi Tibi, et sic et sic feci. *Jos.* vii. [19, 20.]

Ὦ Κύριε, λῖνον τυφόμενον μὴ σβέσῃς,

κάλαμον συντετριμμένον μὴ κατεάξῃς. *Matt.* xii. 20.

Ne me demergat tempestas aquæ,

Neque absorbeat me profundum,

Neque occludat super me puteus os suum. *Psal.* lxix. [15.]

Domine, ante Te omne desiderium meum,

Et gemitus meus a Te non est absconditus. *Psal.* xxxviii. 9.

Nosti, Domine, quia veritatem loquor
in Christo Tuo, et non mentior,
Testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto, [*Rom.* ix. 1.]
Quoniam tristitia mihi est, et dolor cordi meo, [*Vers.* 2.] quod sic peccavi Tibi;
Quod factus sum mihi gravis, quod non sit major mihi dolor; [*Job.* vii. 20.]

Quod precor a Te {
Cor contritum. *Psal.* li. 17.
Gemitus inenarrabiles. [*Rom.* viii. 26.]
Lacrymas sanguineas. [*Luc.* xxii. 44.]
}

Væ mihi {
ab ariditate. *Is.* xxiv. 16.
a cordis duritia. *Rom.* ii. 5.
ab oculorum siccitate. *Jer.* ix. 1.
}

Domine, pœnitet, pœnitet, Domine,
Adjuva impœnitentiam meam,
Et magis adhuc magisque
{
contere
scinde
compunge
percute
} cor meum.

Ecce, Domine,
Quod indignor egomet mihi, 2 *Cor.* vii. 11.
propter {
stultum
inutile
nocivum
periculosum
} desiderium carnis meæ.

Quod abhorreo ipse me, *Job.* xlii. 6.

propter { absurditatem / turpitudinem / vilitatem } desiderii,
{ confusione / opprobrio } dignam.

Quod tota die verecundia mea contra me est, et confusio faciei cooperuit me. *Psal.* xliv. 15.

Ah, ah! Vah, vah! quod non reveritus sum, neque extimui *Heb.* xii. 21.

Incomprehensibilitatem gloriæ,
Potentiam tremendam,
Venerabilitatem præsentiæ,
Exquisitam justitiam,
Bonitatem amabilem.

Quomodo illectus sum a propria concupiscentia? *Jac.* i. 14.
Quomodo detestatus sum disciplinam?
Et increpationibus non acquievit cor meum? *Prov.* v. 12.

Ecce, Domine,

Quod timor et tremor venerunt super me,
Et formido mortis cecidit super me. *Psal.* lv. 5.
Qualem timorem, et tremorem, et rigorem,
et agoniam, et discrimen ultimum habeo videre?
Quæ me confusio occupabit?
Quibus tenebris circumdabor?
Quam tremendum est judicium Tuum, Domine?
Positis thronis,
Adstantibus Angelis,
Introductis hominibus,

Apertis libris,
Investigatis operibus,
Indagatis cogitationibus,
Manifestatis tenebrarum occultis.

Quale judicium erit in me?

Judex incorruptus,	Tribunal horrendum,
Defensio sine excusatione,	Argumenta inevitabilia,
Supplicium asperum,	Gehenna sempiterna,
Angeli immites,	Infernum dilatans os,
Flumen ignis stridens,	Ignis qui non exstinguitur,
Carcer tenebrosus,	Tenebræ prorsus exsortes luminis,
Reclinatoria e prunis,	Vermiculus irrequietus,
Vincula indissolubilia,	Chaos immensurabile,
Murus quem transgredi non possumus,	Clamor inconsolabilis,

Nullus qui { assistat,
patrocinetur,
liberet.

Ecce, Domine,
Dijudico egomet me
dignum, obnoxium, reum
æterni supplicii,
Etiam et omnium difficultatum hujus mundi.
Meritus sum mortem a Te, } Domine, { a Te justo.
Sed adhuc appello ad Te, } Domine, { ad Te misericordem,
a solio justitiæ ad thronum gratiæ.
Admitte, Domine, provocationem hanc;
Ni admiseris, perimus.
Et, O Domine, non ad Te pertinet, si perimus? [*Mar.* iv. 38.]

Qui omnes vis salvos, 1 *Tim.* ii. 4.
Qui neminem vis perire. 2 *Pet.* iii. 9.

Ecce me, Domine,
proprio judicio condemnatum. *Tit.* iii. 11.
Ecce! et, O Domine, ne intres Tu in judicium
cum servo Tuo. *Psal.* cxliii. 2.
Minor sum cunctis, etiam minimis,
miserationibus Tuis. *Gen.* xxxii. 10.
Non sum dignus fieri unus ex mercenariis
Tuis, ne infimus. *Luc.* xv. 19.
Non sum dignus micis, quæ de mensa Tua decidunt.
Matt. xv. 27.
Non sum dignus tangere vestimenti Tui fimbriam. *Matt.* ix. 21.

Et nunc, Domine,
Humiliatus sub potenti manu Tua, 1 *Pet.* v. 6.
Flecto genua ad Te, Domine,
Procido in terram,
in faciem meam.
Expando manus meas ad Te,
Anima mea sicut terra sine aqua Tibi. *Psal.* cxliii. 6.
Non audeo nedum oculos ad cœlos levare,
sed percutio pectus meum. *Luc.* xviii. 13.
De profundis clamavit ad Te anima mea, [*Psal.* cxxx. 1.]
et omnia ossa mea,
et omnia quæ intra me sunt, *Psal.* ciii. 1.
Propter magnam misericordiam Tuam, [*Psal.* li. 1.]
multitudinem miserationum Tuarum. [*Psal.* lxix. 16.]
Propter nomen Tuum,

Propter gloriam nominis, *Psal.* lxxix. 9.
Propitius esto peccato meo,
Multum est enim, [*Psal.* xxv. 10.]
Maximum est enim.
Propter multitudinem, [*Psal.* lxix. 16.]
magnam multitudinem, [*Psal.* li. 1.]
divitias, [*Eph.* ii. 4.]
abundantiam, [1 *Pet.* i. 3.]
superabundantiam [*Rom.* v. 20.]
Misericordiarum Tuarum,
Propitius esto mihi, Domine, peccatori,
Domine, O Domine, propitius esto
mihi peccatorum primo. [1 *Tim.* i. 15.]
O Domine, superexaltet misericordia *Jac.* ii. 13.
judicium Tuum in peccato meo.
Domine mi, ubi abundavit delictum meum,
superabundet gratia Tua. *Rom.* v. 20.
Exaudi, Domine,
Propitius esto, Domine,
Intende, Domine,
Domine, intende et fac,
Fac, et ne moreris
propter Teipsum. [*Dan.* ix. 19.]
In magnum pietatis sacramentum
pro nobis hominibus, et pro nostra salute
manifestatum in carne Deum, [1 *Tim.* iii. 16.]
Hominem JESUM
Filium Patris,
Christum Spiritus,
Dominum nostrum,

qua Creator,
qua Redemptor,
Sed efficaciter et manifeste
operantem.
Illuminatione scientiæ et
Infusione gratiæ

in { Reprehensione,
Doctrina,
Tolerantia,
Subventione,
Contestatione,
Consolatione.

Charismata } hujus Spiritus.
Fructus }

Verbo Tuo et Filio unico
indesinente memoria gratias agere,
Ut mundatori naturæ nostræ,
in Conceptione et Nativitate; [*Tit.* ii. 14.]
Liberatori personarum,
in Passionibus, Cruce, Morte; [*Heb.* ii. 15.]
Triumphatori de inferno,
in Descensu, [*Col.* ii. 15.]
de morte,
in Resurrectione; [1 *Cor.* xv. 55.]
Præcursori nostro,
in Ascensione; [*Heb.* vi. 20.]
Advocato nostro,
in Sessione; [*Rom.* viii. 34.]
Instauratori fidei nostræ,
in Adventu secundo. [*Heb.* xii. 2.]

Qui sese perditori opponit Servatorem,

Abaddon,	Jesum.
Satanæ, Adversario	Mediatorem.
Diabolo, Calumniatori	Advocatum.
Accusatori	Intercessorem.
Captivos nos ducenti	Redemptorem.

Ut Ipse Christus formetur in nobis, [*Gal.* iv. 19.]
fiamus conformes imagini Ejus. [*Rom.* viii. 29.]
Cum frigidus sum in oratione,
et indigeo gratiæ alicujus,
vel consolationis cœlestis,
Meminisse Cathedræ Tuæ
apparitionis et intercessionis.
Cum fervidus sum in affectu
et concupiscentia mala,
Nunquam oblivisci tremendi Tui
et horrendi tribunalis.
Et indesinenter auribus meis
insonare sonum tubæ ultimæ.
Ut propter Christum Tuum,
a Te, Pater ungens,
accipiamus unctionem Tuam, [1 *Jo.* ii. 20.]
gratiam salutiferam,
Spiritus Sancti ineffabile Tuum donum, [2 *Cor.* ix. 15.]
in
salutari compunctione, [*Act.* ii. 37.]
liquida scientia, [2 *Cor.* ii. 6.]
fervida oratione, [*Jac.* v. 16.]
diffusione charitatis, [*Rom.* v. 5.]

in contestatione { Sigilli [*Eph.* i. 13.] et Arrhabonis. [*Vers.* 14.] }

Ne Spiritum exstinguam unquam, [1 *Thess.* v. 19.]
Neque obnitar Ei, [*Jer.* l. 24.]
Neque contrister Ipsum, [*Eph.* iv. 30.]
Neque contumeliis unquam afficiam, Domine. [*Heb.* x. 29.]
Ut in Ecclesia Tua simus vocati,
Ut in Catholica partes quædam viventes,
voto et voluntate.
Ut in Sancta Communionis simus participes,

Sanctarum { Personarum, Actionum, Precum, Liturgiæ, }

Ad fiduciam Remissionis peccatorum, [*Act.* ii. 38.]
ad spem { Resurrectionis Translationis } ad vitam æternam. [*Tit.* iii. 7.]

Domine, adauge mihi fidem, [*Luc.* xvii. 5.]
ut granum sinapis, [*Ver.* 6.]
non mortuam, [*Jac.* ii. 20.]
non temporariam, [*Apoc.* ii. 13.]
non hypocriticam, [2 *Tim.* i. 5.]
sed fidem,
per charitatem operantem, [*Gal.* v. 6.]
operibus cooperantem, [*Jac.* ii. 22.]
subministratricem virtutis, [2 *Pet.* i. 5.]
vincentem mundum, [1 *Jo.* v. 4.]
sanctissimam. [*Jud.* 20.]

O Deus veritatis etiam et Princeps pacis, [*Deut.* xxxii. 4.
Is. ix. 6.]
Sit pax et veritas in diebus nostris, *Is.* xxxix. 8.
Sit unum cor, et una anima
multitudini credentium. *Act.* iv. 32.

O qui arundinem quassatam non confringis,
neque linum fumigans exstinguis, *Is.* xlii.3. *Matt.* xii. 20.
Stabili omnes in veritate et gratia stantes,
Restitue omnes circa hæreses vel peccata labentes.
Deprecor Te, Domine, in omni misericordia Tua,
ut auferatur ira Tua
ab hac urbe,
ab hac domo,
quia peccavimus Tibi;
Ut locum hunc una cum universa regione,
confortes justitia per misericordiam
mitigando.
Da redamare mei amantes,
etsi mihi ignotos,
Et perduc eos in Regnum Tuum cœleste,
sicut et me,
Et da mihi ostendere illis misericordiam Dei,
in precibus meis.
Ut cum his pro quibus oravi,
vel qualicunque modo orare teneor,
et cum omni populo Dei,
introduci mihi detur in Regnum Tuum,
ibi apparere in justitia,
ibi satiari gloria.

Beatus populus qui scit jubilationem;
Domine, in lumine vultus Tui ambulabunt. *Ps.* lxxxix. 16.
Domine, in nomine Tuo exsultabunt tota die,
et in justitia Tua exaltabuntur. [*Vers.* 17.]
Laudationem Domini loquetur os meum,
et benedicat omnis caro sancto nomini Ejus,
in sæculum, et in sæculum sæculi,
et in sæcula, et in sæcula sæculorum. [*Ps.* cxlv. 21.]
Magnificate Dominum mecum,
et exaltate nomen Ejus in idipsum. [*Psal.* xxxiv. 3.]
Venite, et auscultate mihi, vos omnes
qui timetis Deum, et dicam vobis,
qualia fecit pro anima mea. [*Psal.* lxvi. 14.]
Exaltare super cœlos, Deus,
et super totam terram gloria Tua. [*Psal.* lvii. 12.]
Confitebor Tibi, Domine, toto corde meo
in concilio sanctorum,
et in congregatione. [*Psal.* cxi. 1.]
Aperi os meum ad benedicendum nomen Tuum, [*Ps.* li. 15.]
Fac me Tuis laudibus vacare,
In conspectu Angelorum psallam Tibi. [*Ps.* cxxxviii. 1.]
Suscipe laudes, quas decantare desidero,
Ego indignus peccator, certe indignus,
Sed utinam devotas et Tibi gratas.
Dignus es, Domine Deus, accipere, [*Apoc.* iv. 11.]
Deus meus es Tu, et confitebor Tibi,
exaltabo Te. [*Ps.* cxviii. 28.]
Cantabo Domino in vita mea,
Psallam Deo meo, quamdiu sum. [*Psal.* civ. 33.]
Gloria Deo in excelsis,

In terra pax,
In hominibus bona voluntas. [*Luc.* ii. 14.]
Gloria, Benedictio, Virtus, Potestas,
Honor, Gratiarum actio, Divitiæ, Sanctitas, et
Laus, Sapientia, Potentia, Salus
Deo nostro viventi in sæcula sedenti super
Thronum, et Agno occiso.
Amen. Alleluja. [*Apoc.* v. 12, 13.]
Hosanna in excelsis,
Benedictus qui venit in nomine Domini. [*Matt.* xxi. 9.]

CONFESSIO LAUDIS.

Peccantem me, Domine, et non pœnitentem,
ac ita prorsus indignum,
Magis deceret coram Te jacere prostratum,
ac cum fletu et gemitu
peccatorum veniam postulare, quam Te
ore polluto laudare.
Tamen de ingenita Tua bonitate confidens,
Benedictus es, Deus,
Qui creasti et produxisti in hanc vitam
et disposuisti me,
ut essem Anima viva, et non Insensibile quid,
Homo, non Brutum,
Homo civilis, non Barbarus,
Liber, non Verna,
Legitimus, non Spurius,

Ex honesta parentela, non { mali corvi / malum ovum,
Sensatus, non bardus,
Integris sensibus, neque cæcus neque surdus,
membris, neque claudus neque mancus,
Educatus, non expositus,
Literatus, non mechanicus,
Christianus, non Paganus,
Erutus e periculis, non absorptus ab illis,
ex infamia, non absorptus ab illa,
in diebus pacis, non jactatus in procellis,
ex honesta fortuna, ut neque adulari opus habeam,
neque mutuo accipere,
Multis peccatis liberatus,
Donatus donis { Gratiæ { Redemptio, / Vocatio, / Naturæ, / Fortunæ.

Qui, secundum misericordiam Tuam magnam,
regenerasti nos in spem vivam,
per resurrectionem JESU CHRISTI,
in hæreditatem incorruptibilem,
et incontaminatam,
et immarcessibilem,
conservatam in cœlis pro nobis. 1 *Pet.* i. 3. [4.]
Qui benedixisti mihi in omni benedictione
spirituali in cœlestibus
in Christo. *Eph.* i. 3.
Qui consolatus es me in omni tribulatione mea,

Quoniam sicut abundarunt passiones Christi
in me, ita et per Christum abundat
consolatio mea. 2 *Cor.* i. 4, 5.

Tibi, Deus patrum meorum, confiteor,
Teque laudo, quia sapientiam et fortitudinem
secundum partem aliquam dedisti mihi;
et ostendisti mihi quæ rogavi Te,
et sermonem aperuisti mihi. [*Dan.* ii. 23.]

Opus manuum.
Imago vultus.
Signaculum nominis.
Pretium sanguinis.
Servus emptionis.
Filius adoptionis.
Templum Spiritus.
Membrum Ecclesiæ.

Divisio.

Compellatio,
Ascendat,
Ne declines.
Confessio
Peccatorum,
Threni,
Supplicatio.
Confessio { Fidei, Spei.
Confessio beneficiorum,
Laus,
Benedictio,
Gratiarum actio.
Deprecatio
Peccati,
Pœnæ.
Comprecatio
Gratiæ,
Præmii.
Intercessio
pro Creatura,
Genere humano,
Ecclesia,
Politia,
Nostris,
Nobis ipsis.
Benedictio,
Commendatio.

Confessio peccati,
Professio pœnitentiæ,
Petitio veniæ.

Quia,
Propter vel Per.
Secundum.
Et annunciabo.

Vel sic,
Professio propositi, votum,
Confessio infirmitatis,
Petitio gratiæ.

Per.
Creatio,
Enutritio, Gubernatio,
Conservatio, Dispositio,
Redemptio.
Conceptio,
Nativitas,
Vita,
Passio et Mors,
Resurrectio,
Ascensio.
Inspiratio.

Ἄσκησις
Diurna seu Nocturna,
Pœnitentiæ de malis,
Gratitudinis pro bonis.
Peculiaris

Ætatis,
Vocationis,
Status,

si { senex; in Clero; Episcopus.

CONFESSIO PECCATI
et
Protestatio Gratitudinis.

O Domine, minor sum omnibus miserationibus Tuis, et veritate Tua quam explevisti servo Tuo. *Gen.* xxxii. 10.

Et quid addam adhuc
ut loquar ad Te?
Tu enim nosti servum Tuum, Domine, Domine mi.
2 *Sam.* vii. 20.
Quis ego sum, Domine, servus Tuus, et quæ domus mea,
quoniam respexisti super canem mortuum similem mei,
2 *Sam.* ix. 8.
Quoniam adhuc usque dilexisti me? [*Jo.* xiii. 1.]
Quid retribuam Domino pro omnibus quæ tribuit mihi?
Psal. cxvi. 12.
Quam gratiarum actionem possumus Deo retribuere in
omni gaudio quo gaudemus coram Eo? [1 *Thess.* iii. 9.]
Qui dignatus es me, Domine, sancta hac die,
et hora hac levare animam meam, et lau-
dare Te, et offerre debitam Tibi gloriam,
Ipse, Domine, ab anima mea suscipe spirituale
hoc sacrificium: illudque recipiens ad Te in
spirituale Tuum Altare, digneris vicem
ejus mittere in me gratiam SS. Spiritus Tui.
Visita me in bonitate Tua,
Ignosce mihi peccatum omne, tam voluntarium
quam involuntarium.
Libera me ab æternis suppliciis, etiam et omnibus
hujus mundi ærumnis.
Transmuta cogitationes meas in pietatem,
Sanctifica spiritum, animum et corpus meum,
Et da mihi adorare et placere Tibi
in pietate et sanctitate vitæ
usque ad extremum vitæ terminum.

Doxologia.

Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis,

Ipsi gloria in Ecclesia et in Christo, in omnes generationes sæcula sæculorum. [*Eph.* iii. 20, 21.]

Sicut adipe et pinguedine replebitur anima mea; et labiis exsultationis laudabit os meum. [*Psal.* lxiii. 5.]

Pater noster,
Qui es in cœlis,

1. Sanctificetur	Nomen	Tuum.
2. Veniat	Regnum	Tuum.
3. Fiat	Voluntas Tua,	

Sicut in cœlo
sic et in terra.

4. Da nobis hodie	Panem nostrum quotidianum,
5. Et dimitte nobis	Debita nostra,

Sicut et nos
dimittimus
Debitoribus nostris,

6. Et ne nos inducas in tentationem,
7. Sed libera nos a malo.

Quia Tuum est regnum,
potentia et gloria,
in sæcula sæculorum.
Amen.

ORATIO DOMINICA VARIATA.

I.

1. Invocetur Nomen Tuum a nobis.
2. Esto Tu protector noster,
   et merces valde magna. [*Gen.* xv. 1.]
3. Quodcunque verbum a Te procedit,
   ne sit in nobis contra quicquam dicere
   malum vel bonum. [*Num.* xxiv. 13.]
4. Da nobis panem ad comedendum,
   et vestes ad induendum. [*Gen.* xxviii. 20.]
5. Et nunc dimitte peccatum et injustitiam
   servorum Tuorum. [1 *Reg.* viii. 36.]
6. Et, O Domine, ne sollicite cogitemus
   in cordibus nostris tota die. [*Matt.* vi. 34.]

Et ne apprehendant nos mala. [*Psal.* xl. 12.]

II.

1. Sit Nomen Tuum benedictum,
   et nunc et in sæcula. [*Psal.* cxiii. 2.]
2. Propter morositatem populi ne regnare facias super
   nos homines hypocritas. [*Job.* xxxiv. 30.]
3. Ut Tibi, Domine, videtur, sic fiat. [1 *Sam.* iii. 18.]
4. Pro tritico ne proveniat urtica,
   pro hordeo ne lolium. *Job.* xxxi. [40.]
5. Peccavi; quid faciam Tibi, O custos hominum?
   [*Job.* vii. 20.]
6. Fœdus pangam cum sensibus meis,
   ut ne cogitem quidem de malo. [*Job.* xxxi. 1.]

7. Sexies eripe me ex angustiis,
et septima vice ne malum me attingat. [*Job.* v. 19.]

III.

1. Sanctitas Domino. [*Exod.* xxviii. 36.]
2. Fiamus Tibi Regale Sacerdotium. [1 *Pet.* ii. 9.]
3. In ore Tuo ingrediemur et egrediemur. [*Jo.* x. 9.]
4. Non in solo pane vitam ponamus,
sed in omni verbo quod egreditur de ore Tuo. [*Matt.* iv. 4.]
5. Tolle transgressiones, iniquitates, peccata nostra. [*Psal.* xxv. 18.]
6. Ne in provocationem. [*Psal.* xcv. 8.] Ne in amaritudinem. [*Heb.* xii. 15.]
7. Ab Angelo exterminante, et omni plaga lethifera, [2 *Sam.* xxiv. 16.]

Libera nos, Domine.

IV.

1. Sit Nomen Tuum benedictum, nunc et in sæcula: [*Psal.* cxiii. 2.]
Ab oriente usque ad occidentem laudetur Nomen Tuum. [*Ver.* 3.]
2. Esto nobis spes, et portio in terra viventium. [*Psal.* cxlii. 5.]
3. Doce nos facere voluntatem Tuam, quoniam Deus noster es Tu; Spiritus Tuus bonus deducat nos in terram rectam. [*Psal.* cxliii. 10.]
4. Oculi omnium sperant in Te, Domine, ut des illis

escam in tempore. Aperi Tu manum Tuam, et imple omne animal benedictione. [*Psal.* cxlv. 15, 16.]

5. Miserere, O Deus, nostri, secundum magnam misericordiam Tuam, et secundum multitudinem miserationum Tuarum dele peccata nostra. [*Psal.* li. 1.]
6. Nequando proficiat inimicus in nobis, neque filius iniquitatis apponat nocere nobis. [*Psal.* lxxxix. 23.]
7. Ne veniant super nos mala, et ne appropinquet flagellum tabernaculis nostris. [*Psal.* xci. 10.]

V.

1. Sit nomen Tuum arx munita nobis,
currentes ad illud exaltemur. [*Prov.* xviii. 10.]
2. Per Te reges regnant; ut deductiones aquarum, corda eorum in manu Tua, quo vis inclinare. Flecte ad bonum, O Domine. [*Prov.* viii. 15; xxi. 1.]
3. Ne sint multæ cogitationes in cordibus nostris; sed consilium Tuum maneat, et fiat, O Domine. [*Prov.* xix. 21.]
4. Duo rogavi Te; ne deneges mihi antequam moriar. Divitias et mendicitatem ne des mihi; tribue mihi necessaria et sufficientia. [*Prov.* xxx. 7, 8.]
5. Quis cum fiducia dicere potest, Mundus sum a peccato? Misericors esto servis Tuis, qui peccaverunt Tibi: et sana animas eorum. [*Prov.* xx. 9. *Psal.* xli. 5.]
6. Longe fac ab occasione peccandi viam meam: ne appropinquem ad ostia domus ejus. [*Prov.* v. 8.]
7. Ne mittas nobis Angelum crudelem: sed longe amoveantur a domibus nostris omnia m
xvii. 11. 13.]

VI.

1. Ne per nos blasphemetur nomen Tuum in Gentibus. [*Rom.* ii. 24.]
2. Pereant omnes nationes et reges, qui regno Tuo non inserviunt, et desolatione desolentur. [*Is.* lx. 12.]
3. Stet omne consilium Tuum, et omnia quæ decrevisti perficiantur. [*Is.* xlvi. 10.]
4. Da semen seminanti, et da firmamentum panis ad victum. [*Is.* lv. 10.]
5. Ne irascaris nobis valde, et ne in tempore memineris peccatorum nostrorum. Ecce, respice, populus Tuus omnes nos. [*Is.* lxiv. 9.]
6. Ne ponamus unquam ante oculos nostros offendiculum iniquitatis. *Ezech.* xiv. 4.
7. Ne ponas faciem Tuam contra nos in malum. [*Ezech.* xv. 7.]

In Prædicatione. *Luc.* v. 5.

Mundus,	Mare.
Homines,	Pisces.
Ecclesia,	Lembus.
Prædicator,	Piscator.
Verbum,	Rete.

Ad Verbum.

Revela oculos meos, et intelligam mirabilia de lege Tua. [*Psal.* cxix. 18.]

Tolle, Domine, velamen cordis mei, dum lego Scripturas. [2 *Cor.* iii. 14.]

Benedictus es, Domine; doce me justificationes Tuas. [*Psal.* cxix. 12.]

Da mihi Verbum, Verbum Patris.

Tange mihi cor. [1 *Sam.* x. 26.]

Illumina sensus cordis. [*Eph.* i. 8.]

Aperi labia mea, et imple laudibus Tuis. [*Ps.* li. 15; lxxi. 8.]

Esto, Domine, in spiritu et in ore meo.

In ore, ut legitime et digne annunciem oracula Tua, potentia sanctificante ter sancti Spiritus Tui.

O Tu, pruna geminæ naturæ, qui forcipe tangens labia Prophetæ, et tollens ejus peccata, tange mea labia, qui peccator sum, et munda me ab omni macula, et idoneum me fac ad annunciandum oracula Tua.

Domine, aperi labia mea, et os meum annunciabit laudem Tuam. [*Psal.* li. 15.]

Domine, O Domine, da mihi linguam eruditam, ut sciam quale verbum oportet me loqui; et siquod verbum ad ædificationem necessitatis, ut des gratiam audientibus. [*Is.* l. 4. *Eph.* iv. 29.]

Detur mihi sermo in apertione oris. [*Eph.* vi. 19.]

Dilato os meum, Domine: Tu imple. [*Psal.* lxxxi. 10.]

Ad Templi ingressum.

Ego in multitudine misericordiæ Tuæ
accedam ad domum Tuam.
Adorabo ad sanctum Tuum Templum
in timore Tui. [*Psal.* v. 7.]
Exaudi, Domine, vocem orationis meæ
in tempore quo precor ad Te,
et attollo manus meas ad sanctum
Tuum Templum. [*Psal.* xxviii. 2.]
Suscipiam, Domine, misericordiam Tuam

in medio domus Tuæ. [*Psal.* xlviii. 9.]

Memor esto, Domine, fratrum mihi circumstantium, et comprecantium mihi hac hora, industriæ et studii eorum.

Memor etiam esto eorum, qui propter rationabiles causas absunt, et miserere eorum et nostri secundum multitudinem misericordiarum Tuarum, O Domine.

Domine, dilexi decorem domus Tuæ,
et locum habitationis gloriæ Tuæ. [*Psal.* xxvi. 8.]

Ut audiam vocem laudis Tuæ,
et prædicem omnia mirabilia Tua. [*Vers.* 7.]

Unum petii a Domino, hoc requiram,
ut habitem in domo Domini
omnibus diebus vitæ meæ,
ut videam voluptatem Domini,
et visitem Templum Ejus. [*Psal.* xxvii. 4.]

Tibi, dixit cor meum, Dominum quæram,
Exquisivi Te, et faciem Tuam,
Faciem Tuam, Domine, quæram. [*Vers.* 8.]

Aperite mihi portas justitiæ: ingressus confitebor Domino.
Ps. cxviii. 19.

Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου,
καὶ τόπον σκηνώματος τῆς δόξης σου. *Psal.* xxvi. 8.

Θωμᾶς·

Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου. *Jo.* xx. 28.

Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. *Vers.* 29.

Εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ.
Psal. xxxii. 6.

Καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου. *Psal.* xxxviii. 18.
Καὶ *ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ,*
καὶ ἐὰν ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ,
καὶ εὕρῃ οὕτω,
Μακάριοί εἰσιν οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι. *Luc.* xii. 38.

Pœnitetne? Pigetne? Pudetne?
Doletne? Horretne? Tædetne?
Si non septies, ut David, [*Psal.* cxix. 164.]
tamen ter, ut Daniel. [*Dan.* vi. 4.]
Si non, ut Salomon, prolixe, [1*Reg.* viii. 22—53.]
tamen ut Publicanus, concise. [*Luc.* xviii. 13.]
Si non per totam noctem, ut Christus, [*Luc.* vi. 12.]
tamen unica hora. [*Matt.* xxvi. 40.]
Si non humi, si non in cinere, [*Job.* xlii. 6.]
tamen non in lectis. [*Psal.* lxiii. 6.]
Si non in sacco, [*Dan.* ix. 3.]
tamen non in purpura et bysso. [*Luc.* xvi. 19.]
Si non omnino ab omni, [*Psal.* cvii. 18.]
tamen a cupediis. *Dan.* i. 8.
Si non, ut Zacchæus, quadruplum, *Luc.* xix. [8.]
tamen, ut lex est, quinta parte superaddita. *Lev.* v. [16.]
Si non ut divites, [*Marc.* xii. 41.]
tamen ut vidua. [*Vers.* 42.]
Si non dimidium, [*Luc.* xix. 8.]
tamen tricesimam partem. [*Deut.* xxvi. 12.]
Si non super potentiam,
tamen quoad potentiam. 2 *Cor.* viii. 3.

Actus Adorationis.

Pater, de cœlis, Deus,
qui mundum mirabiliter de nihilo creasti,
qui cœlum et terram virtute Tua gubernas et sustentas,
qui Unigenitum Tuum pro nobis ad mortem tradidisti.
[*Rom.* viii. 32.]

Fili, Redemptor mundi, Deus,
qui de Virgine incarnari voluisti,
qui sanguine Tuo pretioso nos a peccatis abluisti,
[1 *Jo.* i. 7.]
qui surgens a mortuis victor in cœlum ascendisti.
[*Eph.* iv. 8.]

Spiritus Sancte, Paraclete, Deus,
qui in Columbæ specie super Jesum descendisti,
[*Matt.* iii. 16.]
qui super Apostolos veniens in linguis igneis apparuisti, [*Act.* ii. 3.]
qui corda Sanctorum Tua gratia visitas et confirmas.

Sacra, summa, sempiterna,
Beata, benedicta Trinitas,
semper laudabilis, semper tamen ineffabilis:
Pater bone,
Fili pie,
Spiritus benigne.

Cujus { Majestas ineffabilis,
Potestas incomparabilis,
Bonitas inæstimabilis,

Cujus { opus vita,
amor gratia,
contemplatio gloria.

Deitas, Divinitas,
Unitas, Trinitas,
Te adoro,
Te invoco,
toto cordis affectu nunc,
et in sæcula benedico.
Qui vivorum dominaris simul et mortuorum, [*Rom.* xiv. 9.]
Cujus sumus nos, quos præsens adhuc sæculum
in carne retinet,
Cujus et illi sunt, quos futurum exutos corpore
jam suscepit,
Da vivis misericordiam et gratiam,
defunctis requiem et lucem perpetuam;
Da Ecclesiæ veritatem et pacem,
nobis peccatoribus pœnitentiam et veniam.

Oratio peregre profecturi.

Εὐόδωσον ἐναντίον ἐμοῦ σήμερον
Ἐὰν μὴ αὐτὸς σὺ συμπορεύσῃ μή με ἀναγάγῃς ἐντεῦθεν.
Qui puerorum Abrahæ ductu Angeli, [*Gen.* xxiv. 7.]
Magorum iter Stellæ; [*Matt.* ii. 9.]
Qui Petrum fluctuantem, [*Matt.* xiv. 30.]
Paulum naufragantem; [*Act.* xxvii. 44.]
Adesto mihi, Domine, et dispone viam,
Conduc, et deduc, et reduc.
Exsurgat Deus,
et dissipentur inimici. [*Psal.* lxviii. 1.]
Discedite a me, maligni;
Scrutabor mandata Dei mei. [*Psal.* cxix. 115.]

Septem Opera Misericordiæ.

Corporalia.	*Spiritualia.*
1. Visito,	1. Consule,
2. Poto,	2. Plecte,
3. Cibo,	3. Doce,
4. Redimo,	4. Solare,
5. Tego,	5. Remitte,
6. Colligo,	6. Fer,
7. Condo.	7. Ora.

Πατὲρ ἡμῶν,

1. Ἅγιος εἶ σὺ,
ἅγιον τὸ ὄνομά σου ὑπὲρ πᾶν ὄνομα,
sancte et cum omni veneratione habendum ab
omnibus, et a quibusdam plus magis aliis,
meque imprimis super multos.
Non habui tamen:
nec quod juxta me fuit conatus sum facere.
Væ mihi misero, quod non,
ingenue fateor.

Ex animo doleo {
καρδίᾳ,
νοΐ,
ψυχῇ,
πνεύματι.
}

Supplex veniam posco, supplex gratiam,
Dehinc ut sic loquar, faciam, vivam,
ut sanctificetur nomen Tuum,
utinam et ab aliis propter me!
2. Regnum Tuum, votorum meorum caput,
Quo ego perveniam ad illud in statu gloriæ,

Adveniat mihi hic in statu gratiæ.
In regno terrenorum hic aliquid
per Tuam gratiam præstem,
Quo in regno cœlorum illic,
ad aliquem locum perveniam, vel novissimum
subter pedes sanctorum Tuorum.

3. Voluntas { carnis / viri } facessant a me.

Voluntas Tua { sancta / justa / gratiosa } fiat { a terra hac, / de terra hac,
quæ ego sum,
sicut in cœlis.

4. Da quæ ad { sanitatem, / pacem, / sufficientiam,
Da panem Angelorum ad salutem æternam.

5. Dimitte mihi debita,
æs ingens debitorum, [*Matt.* xviii. 24.]
prolapsiones fœdas,
recidivas crebras,
volutabra diutina.
Tibi, Domine, justitia, et mihi confusio faciei. [*Dan.* ix. 8.]
Perditio mea mihi a me est. [*Hos.* xiii. 9.]
Si iniquitates observaveris, Domine,
Domine, quis sustinebit? [*Psal.* cxxx. 3.]
sed apud Te propitiatio,
Apud Deum misericordia,
Copiosa apud Deum redemptio,
Et liberabit ab omnibus iniquitatibus. [*Vers.* 7, 8.]

Libera me, Domine, a meis,
Libera animam meam ab inferno inferiori. [*Ps.* lxxxvi. 13.]
Abyssus abyssum invocat, [*Psal.* xlii. 7.]
Ut de abysso eripiat.
Sed et alia, quæ minus sentio,
Non minus gravia, fortasse graviora,
De quibus peto illuminari,
ut possim confiteri.
6. Et ne inducas,
ne me induci sinas,
ne me sinas intrare in tentationem,
Memor et misertus fragilitatis, [*Psal.* ciii. 14.]
et infirmitatis meæ toties exploratæ.
7. Sed libera me a malo,
Malo in meipso et carne,
et surreptione ejus;
Malo Dæmone et suggestione ejus;
Malis pœnalibus, quæ justissime
dignissimeque commeritus sum;
Malis sæculi futuri;
ibi parce, hic ure, hic seca, Domine.
Malis sæculi præsentis;
parce et hic.
Malitia mundi hujus,
et accidentium in eo;
Malitia morbi hujus,
quicum conflictor;
Malitia negotii, cui implicor;
Malis præteritis, præsentibus, et futuris,
Ab his omnibus libera me, Domine.

Et serva me servum Tuum in æternum,
vel inter novissimos novissimum.
Obsecro Te, Domine, in omnem misericordiam Tuam,
Avertatur a me justissima indignatio Tua, [*Dan.* ix. 16.]
quia { sæpissime, gravissime / gravissime, sæpissime } peccavi Tibi,
præcipue quæ { nuperrime / novissime } peccavi Tibi;
Avertatur a me, a parentibus,
fratribus, sororibus,
Domino Reverendo, familiaque,
Cognatione, amicis, vicinia, patria,
Populo Christiano universo,
Amen.

Articulorum Fidei Ἀνακεφαλαίωσις.

Πίστις,
Σύλληψις, Γέννησις, Περιτομή,
Ἐπιφάνεια, Βαπτισμὸς,
Νηστεία, Πειρασμοὶ, Παθήματα,
Σταυρὸς, Θάνατος, Ταφή,
Κατάβασις, Ἀνάστασις, Ἀνάβασις,
Καθέδρα, Ἐπάνοδος, Κρίσις·
Fac me horum participem.

Interpellatio Eucharistica.

Quæ credo propter me esse,
Recolo, gratias ago, admoneo, recordor,
commemoro, offero, vel peto ut offeras,
Obsecro fac participem, mihique applica,

Per { quæ fecisti,
quæ passus es,
oblationem,
sacrificium,

Per { ἐκκένωσιν,
ταπείνωσιν,
ἐνσάρκωσιν,
σύλληψιν ἐν γαστρί.

Per γέννησιν,
περιτομὴν, ἀπαρχὰς αἵματος,
βαπτισμὸν,
νηστείαν,
πειρασμὸν,
οὐκ ἔχων ποῦ τὴν κεφαλήν.

Per πεῖναν, κοπιασμόν,
δίψαν, ἀγρυπνίαν, ὕβριν.

Per { ὑπομονὴν,
κράτησιν,
κατάληψιν ὡς ληστοῦ,
δ σμούς.

Per τὰ ἐν { Γεθσημανῆ,
Γαββαθᾶ,
Γολγοθᾶ.

Per { ὑπακοὴν εἰς θάνατον,
συνοχὴν ἕως σταυροῦ.

Προσευχὴ { Ναὶ, Ascendat.
Μὴ, Ne declines.

Ἐξομολόγησις { Χάριτος· Ὠδή.
Ἐπαίνων· Ψαλμός.

Πίστεως. Ἐλπίδος. Ἀγάπης.

Sicut patres, et nos libera, Domine,
Ὡς τοὺς ἐν πάλαι γενεαῖς πατέρας ἡμῶν, [*Psal.* xliv. 1.]
Νωὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ,
Ἀβραὰμ ἀπὸ τοῦ Οὖρ Χαλδαίων,
Ἰσαὰκ ἀπὸ τοῦ σφαγῆναι εἰς θυσίαν,

Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ Λαβὰν καὶ Ἠσαῦ,

Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς { διαβολῆς τῆς δεσποίνης, / φυλακῆς,

Ἰὼβ ἀπὸ τῶν πειρασμῶν,

Μωϋσῆν ἀπὸ { Φαραὼ, / Λιθασμοῦ,

τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς { ἐρυθρᾶς θαλάσσης, / Βαβυλῶνος,

Δαβὶδ ἀπὸ τοῦ { Σαοὺλ, Γολιὰθ, / Κειλᾶ, Ἀχιτόφελ, / Ἀβσαλὼμ, Δωὴγ, Σεβά,

Ἠλίαν τῆς Ἰεζαβοὺλ,

Ἑζεκίαν { τοῦ Ῥαψάκη, / τῆς νόσου,

Ἐσθὴρ τοῦ Ἀμὰν,

Ἰωὰς τῆς Ἀθαλίας,

Ἰερεμίαν τοῦ βόθρου,

τρεῖς παῖδας τῆς καμίνου,

Ἰωνᾶν τῆς κοιλίας τοῦ κήτους,

τοὺς μαθητὰς τῆς θυέλλης,

Πέτρον τῆς φυλακῆς Ἡρώδου,

Παῦλον ναυηγίας, λιθοβολίας, θηρίου·

Οὕτω, καὶ ἡμᾶς ῥῦσαι, Κύριε,

ἐλπίζοντας ἐπὶ Σοί.

PRÆPARATIO AD Εὐλογίαν.

Gratiarum Actio.

Exaltare, Domine, in virtute Tua:

Cantabimus et psallemus virtutes Tuas. [*Psal.* xxi. 13.]

Confiteantur Tibi opera, Deus;
Et sancti Tui benedicant Tibi. [*Psal.* cxlv. 10.]
Aperi os meum ad benedicendum nomen Tuum;
Domine, labia mea aperies,
Et os meum annunciabit laudem Tuam. [*Psal.* li. 15.]
Peccantem me, Domine, et non pœnitentem,
ac ita prorsus indignum,
Deceret magis coram Te jacere prostratum,
ac cum fletu et gemitu
peccatorum veniam postulare, quam Te
ore polluto laudare.
De ingenti tamen bonitate Tua confisus, do.
O, suscipe laudes quas decantare desidero.
Ego indignus peccator, certe indignus,
sed utinam devotus et Tibi gratus,
Tibi gratias ago, Te adoro, laudo, benedico, Teque glorifico. Dignus es, Domine Deus, accipere laudes et gratias. [*Apoc.* iv. 11.]
Quem ego peccator non sum dignus invocare, nec vel nominare, vel in corde cogitare.
Te invoco, adoro, Te toto cordis affectu nunc et in sæculum benedico.

Actus Spei.

In Te, Domine, speravi; ne confundar in æternum. [*Psal.* xxxi. 1.]
Spes mea { ab uberibus matris, [*Psal.* xxii. 9.]
a juventute. [*Psal.* lxxi. 5.] }
Requiescit caro mea in spe. [*Psal.* xvi. 9.]
Verbum Tuum in quo mihi spem dedisti. [*Psal.* cxix. 114.]

Habebit spem in novissimo. [*Jer.* xxxi. 17.]

Vallis Achor porta spei. [*Hos.* ii. 15.]

Spes non confundit. Spe salvi facti sumus. [*Rom.* v. 5; viii. 24.]

Dominus spei repleat nos. [*Rom.* xv. 13.].

Si occiderit me, sperabo. [*Job.* xiii. 15.]

Qui salvos facis sperantes in Te. [*Psal.* xvii. 7.]

In nomine Tuo sacro speravimus. [*Psal.* ix. 10.]

In tegmine alarum, in umbra, sub pennis. [*Psal.* lvii. 1.]

Tu, Domine, spes mea,· [*Psal.* lxxi. 5.]

Spes mea in Te, [*Psal.* xxxix. 7.]

Spes omnium finium terræ. [*Psal.* lxv. 5.]

Spera in Deo. [*Psal.* xlii. 11.]

Vellem, si plus. Metuo, ne.

Doleo, quod non. Gauderem, si.

Πιστεύω.

ΔΑΒΙΔ. *Τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ* Κυριου *ἐν γῇ ζώντων.* *Psal.* xxvii. 13.

ΠΑΥΛΟΥ. *Ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εις τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι.* 1 *Tim.* i. 15.

ἸΩΑΝΝΟΥ. *Ὅτι ἐάν τις ἁμάρτῃ, Παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον·*

Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. 1 *Jo.* ii. 1, 2.

ΠΕΤΡΟΥ. *Ὅτι Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.* *Matt.* xvi. 16.

ΝΑΘΑΝΑΗΛ. *Ὅτι Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* *Jo.* i. 49.

Confiteantur Tibi opera, Deus;
Et sancti Tui benedicant Tibi. [*Psal.* cxlv. 10.]
Aperi os meum ad benedicendum nomen Tuum;
Domine, labia mea aperies,
Et os meum annunciabit laudem Tuam. [*Psal.* li. 15.]
Peccantem me, Domine, et non pœnitentem,
ac ita prorsus indignum,
Deceret magis coram Te jacere prostratum,
ac cum fletu et gemitu
peccatorum veniam postulare, quam Te
ore polluto laudare.
De ingenti tamen bonitate Tua confisus, do.
O, suscipe laudes quas decantare desidero.
Ego indignus peccator, certe indignus,
sed utinam devotus et Tibi gratus,
Tibi gratias ago, Te adoro, laudo, benedico, Teque glorifico. Dignus es, Domine Deus, accipere laudes et gratias. [*Apoc.* iv. 11.]
Quem ego peccator non sum dignus invocare, nec vel nominare, vel in corde cogitare.
Te invoco, adoro, Te toto cordis affectu nunc et in sæculum benedico.

Actus Spei.

In Te, Domine, speravi; ne confundar in æternum. [*Psal.* xxxi. 1.]
Spes mea { ab uberibus matris, [*Psal.* xxii. 9.]
a juventute. [*Psal.* lxxi. 5.] }
Requiescit caro mea in spe. [*Psal.* xvi. 9.]
Verbum Tuum in quo mihi spem dedisti. [*Psal.* cxix. 114.]

Habebit spem in novissimo. [*Jer.* xxxi. 17.]

Vallis Achor porta spei. [*Hos.* ii. 15.]

Spes non confundit. Spe salvi facti sumus. [*Rom.* v. 5; viii. 24.]

Dominus spei repleat nos. [*Rom.* xv. 13.].

Si occiderit me, sperabo. [*Job.* xiii. 15.]

Qui salvos facis sperantes in Te. [*Psal.* xvii. 7.]

In nomine Tuo sacro speravimus. [*Psal.* ix. 10.]

In tegmine alarum, in umbra, sub pennis. [*Psal.* lvii. 1.]

Tu, Domine, spes mea,. [*Psal.* lxxi. 5.]

Spes mea in Te, [*Psal.* xxxix. 7.]

Spes omnium finium terræ. [*Psal.* lxv. 5.]

Spera in Deo. [*Psal.* xlii. 11.]

Vellem, si plus.	Metuo, ne.
Doleo, quod non.	Gauderem, si.

Πιστεύω.

ΔΑΒΙΔ. *Τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ* Κυριου *ἐν γῇ ζώντων.* *Psal.* xxvii. 13.

ΠΑΥΛΟΥ. *"Οτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εις τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι.* 1 *Tim.* i. 15.

ΙΩΑΝΝΟΥ. *"Οτι ἐάν τις ἁμάρτῃ, Παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον·*

Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. 1 *Jo.* ii. 1, 2.

ΠΕΤΡΟΥ. *"Οτι Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.* *Matt.* xvi. 16.

ΝΑΘΑΝΑΗΛ. *"Οτι Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* *Jo.* i. 49.

ΣΑΜΑΡΕΙΤΩΝ. *Ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ Χριστός.* *Jo.* iv. 42.

ΜΑΡΘΑΣ. *Ὅτι Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος.* *Jo.* xi. 27.

ΕΥΝΟΥΧΟΥ. *Τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν.* *Act.* viii. 37.

ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ. *Διὰ τῆς χάριτος Ἰησοῦ Χριστοῦ Κυρίου πιστεύομεν σωθῆναι.* *Act.* xv. 11.

ἈΝΔΡΕΟΥ. *Εὕρηκα τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον ὁ Χριστός.* *Jo.* i. 41.

Ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου. *Gal.* ii. 16.

Ὅτι εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. 1 *Tim.* ii. 5, 6.

Ὅτι ἡ πίστις συνεργεῖ τοῖς ἔργοις, καὶ ἐκ τῶν ἔργων τελειοῦται. *Jac.* ii. 22.

DOXOLOGIA.

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, ἐπὶ γῆς εἰρήνη,
ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. *Luc.* ii. 14.

Ὡσαννὰ τῷ Υἱῷ Δαβίδ. *Matt.* xxi. 9.

Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι
Κυρίου, ὁ Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. *Jo.* xii. 13.

Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. *Luc.* xix. 38.

Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ. Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. *Mar.* xi. 10.

Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. *Apoc.* iv. 8.

ἈΓΓΕΛΩΝ. *Ἄξιόν ἐστι τὸ Ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον λαβεῖν τὴν δύναμιν, καὶ πλοῦτον, καὶ σοφίαν, καὶ ἰσχὺν, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ εὐλογίαν.* *Apoc.* v. 12.

ΚΤΙΣΜΑΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ. Τῷ *καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ* Ἀρνίῳ, *ἡ εὐλογία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Ἀμήν. *Vers.* 13.

ΤΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ. Ἡ *σωτηρία τῷ* Θεῷ *ἡμῶν, τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ* Θρόνου, *καὶ τῷ* Ἀρνίῳ. *Apoc.* vii. 10.

Ἀμήν· *ἡ εὐλογία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ εὐχαριστία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ* Θεῷ *ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Ἀμήν. *Vers.* 12.

ΤΩΝ ΚΔʹ. ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ. *Εὐχαριστοῦμέν σοι,* Κύριε *ὁ* Θεὸς *ὁ παντοκράτωρ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὅτι εἴληφας τὴν δύναμιν τὴν μεγάλην, καὶ ἐβασίλευσας.* [*Apoc.* xi. 17.]

ἘΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ. *Αἰνεῖτε τὸν* Θεὸν *ἡμῶν, πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν, οἱ μικροὶ, καὶ οἱ μεγάλοι.* Χαίρωμεν *καὶ ἀγαλλιώμεθα καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ* Ἀρνίου. *Apoc.* xix. 5. 7.

Μακάριοι *οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ* Ἀρνίου *κεκλημένοι.* [*Vers.* 9.]

ΣΑΜΑΡΕΙΤΩΝ. *Ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ Χριστός.* *Jo.* iv. 42.

ΜΑΡΘΑΣ. *Ὅτι Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος.* *Jo.* xi. 27.

ΕΥΝΟΥΧΟΥ. *Τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν.* *Act.* viii. 37.

ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ. *Διὰ τῆς χάριτος Ἰησοῦ Χριστοῦ Κυρίου πιστεύομεν σωθῆναι.* *Act.* xv. 11.

ἈΝΔΡΕΟΥ. *Εὕρηκα τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον ὁ Χριστός.* *Jo.* i. 41.

Ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου. *Gal.* ii. 16.

Ὅτι εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. 1 *Tim.* ii. 5, 6.

Ὅτι ἡ πίστις συνεργεῖ τοῖς ἔργοις, καὶ ἐκ τῶν ἔργων τελειοῦται. *Jac.* ii. 22.

DOXOLOGIA.

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, ἐπὶ γῆς εἰρήνη,
ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. *Luc.* ii. 14.

Ὡσαννὰ τῷ Υἱῷ Δαβίδ. *Matt.* xxi. 9.

Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι
Κυρίου, ὁ Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. *Jo.* xii. 13.

Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. *Luc.* xix. 38.

Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ. Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. *Mar.* xi. 10.

Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. *Apoc.* iv. 8.

ἈΓΓΕΛΩΝ. Ἄξιόν ἐστι τὸ Ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον λαβεῖν τὴν δύναμιν, καὶ πλοῦτον, καὶ σοφίαν, καὶ ἰσχὺν, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ εὐλογίαν. *Apoc.* v. 12.

ΚΤΙΣΜΑΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ. Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ Ἀρνίῳ, ἡ εὐλογία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *Vers.* 13.

ΤΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ. Ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν, τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ Θρόνου, καὶ τῷ Ἀρνίῳ. *Apoc.* vii. 10.

Ἀμήν· ἡ εὐλογία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ εὐχαριστία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *Vers.* 12.

ΤΩΝ ΚΔ΄. ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ. Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὅτι εἴληφας τὴν δύναμιν τὴν μεγάλην, καὶ ἐβασίλευσας. [*Apoc.* xi. 17.]

ἘΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ. Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν, πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν, οἱ μικροὶ, καὶ οἱ μεγάλοι. Χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ Ἀρνίου. *Apoc.* xix. 5. 7.

Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ Ἀρνίου κεκλημένοι. [*Vers.* 9.]

ORATIO THO. BRADWARDINI,

Lib. I. De Virtute, cap. i. coroll. 39.

Teipsum, Deus meus, Teipsum propter Teipsum super alia cuncta amo. Teipsum desidero. Teipsum finaliter concupisco. Teipsum propter Teipsum, non aliud quodlibet, semper et in omnibus quæro. Ex totis meis præcordiis et medullis, cum gemitu et ploratu, cum labore continuo, et dolore. Quid ergo finaliter mihi reddes? Si non Teipsum mihi reddideris, nihil reddis. Si non Teipsum mihi donaveris, nihil donas. Si non Teipsum invenio, nihil invenio. Nequicquam me præmias, sed crucias vehementer. Prius enim quam Te quæsivi, speravi Te tandem invenire, et tenere. Et hac spe melliflua in omnibus laboribus meis dulciter consolabar. Nunc autem si Teipsum mihi negaveris, quicquid aliud dederis, tanta spe frustratus (nec ad tempus modicum, sed in perpetuum) nonne semper amore languebo, languore mœrebo, mœrore dolebo, dolore lugebo et flebo, quia semper inanis et vacuus remanebo? Nonne inconsolabiliter contristabor? incessabiliter querulabor? interminabiliter cruciabor? Non est hoc Tuum, optime, clementissime, amantissime Deus; nullatenus congruit, nusquam decet. Fac igitur, optime Deus meus, ut in vita præsenti semper Teipsum propter Teipsum amem præ omnibus, quæram in omnibus, et tandem in futura inveniam ac teneam in æternum.

Pro spiritu vulneratis, animo ægris, perplexis.

Pro animam agentibus, ægrotantibus, pharmacum sumentibus.

Pro captivis, incarceratis, capite damnatis.

Pro egenis, oppressis, desolatis.

Pro advenis, orphanis, viduis.

Pro prægnantibus, puerperis, infantibus.

Pro peregrinantibus, navigantibus, itinerantibus,
quovis modo periclitantibus,
præcipue non orantibus.

De Pœnitentia.

Contritio,

Amaritudo animæ, [*Is.* xxxviii. 15.]

Compunctio cordis, [*Act.* ii. 37.]

Spiritus seu cor { scissum, [*Joel.* ii. 13.]
confractum, [*Psal.* li. 17.]
contritum. [*Ibid.*] }

Tristitia secundum Deum, [2 *Cor.* vii. 10.]

Singultus cordis, [1 *Sam.* xxv. 31.]

Ἀγανάκτησις. [2 *Cor.* vii. 11.]

Confessio,

Agnitio, [*Psal.* li. 3.]

Oratio deprecans { præteritum,
futurum. }

1. Omnes peccaverunt; [*Rom.* iii. 23.]
   1. Si Tu, Domine, quis sustinebit? *Psal.* cxxx. 3.
   2. Non justificabitur omnis caro. *Psal.* cxliii. 2.
   3. Non respondebit unum ad mille. *Job.* ix. [3.]
2. Quid tum? Nunquid in vanum. *Psal.* lxxxix. 47.

3. Pœnitentiam dedit Deus ad vitam. *Act.* xi. 18.

Locus relictus est remissioni, si [*Heb.* xii. 17.]

cubat tantum peccatum. *Gen.* iv. 7.

Superest spes, *Ezr.* x. 2.

non erit in scandalum, *Ezech.* xiv. 3.

sanctio est. *Dan.* iv. 24.

Quasi { civitas refugii, [*Deut.* xix. 4.]
secunda tabula.

Deus vero solicitat,

Proclamando. *Is.* lv. 7. Conquerendo. *Jer.* viii. 4.

Dejerando. *Ezech.* xxxiii. 11. Expectando. *Is.* xxx. 18.

Promittendo, si, { Paradisum innocentiæ,
Cœlorum regnum pœnitentiæ.

Minando, nisi, *Luc.* xiii. 5. *Jo.* viii. 24.

Oratio animam }
Jejunium corpus } immolat.
Eleemosyna bonum }

Dæmonem }
Carnem } vincit
Mundum }

Deo.
Nobis.
Proximo.

CONFESSIO PECCATORUM.

I. Ecce me, Domine,

Ecce me, peccatorum { Maximum,
Pessimum,
Miserrimum!

(Et quid dicam jam, aut in quo aperiam os meum? Quid respondebo, cum ipse fecerim, fecerim, fecerim?) [*Is.* xxxviii. 15.]

Recogitabo Tibi omnia peccata mea
In amaritudine animæ meæ:
O utinam in amaritudine amarissima. [*Ibid. et Vers.* 17.]
Domine, si sic vivitur, et in talibus est vita spiritus mei, corripies me et vivificabis me. [*Vers.* 16.]
Ecce enim in pace mea
amaritudo mea facta est amarissima. [*Vers.* 17.]
At ego sicut pullus hirundinis trinsabo,
Gemam velut columba. [*Vers.* 14.]
Deprecor autem Te, Domine, in omnem misericordiam Tuam,
Ut avertatur a me justissima indignatio, et furor Tuus,
Quia peccavi, idque graviter, peccavi Tibi,
Graviter et sæpe peccavi Tibi.

II. O Pater misericordiarum,
Obsecro paterna viscera miserationum Tuarum,
Et ne { Vermem immundum, Canem mortuum, Cadaver putridum, } ne me despice.
Quin respice me, Domine,
Oculis illis respice
quibus { Magdalenam in convivio, Petrum in atrio, Latronem in patibulo;
Ut cum { Petro defleam, Latrone confitear, Magdalena diligam;
Diligam Te multum,
Plurimum, ut cui remissa sunt plurima.
Parce, quæso, Domine; parce, parce pœnitenti;

Certe {
Pœnitere disponenti et cupienti;
Peccata cum amaritudine recogitanti,
Sibi ipsi de peccatis admissis indignanti,
Passionis Tuæ amarissimæ recordanti,
Eique adhærenti.
}

Parce, Domine; propitius esto.
Parce mihi, Domine, propitius esto;
Miserere mei,
Quia non est difficile potentiæ
nec indecens justitiæ
nec insolitum clementiæ
} Tuæ.

III. Siccine, ut pro porris et alliis
Panem Angelorum?
Siccine ut pro porcorum siliquis
Mensam paternam?
Væ misero mihi, væ insensato!
Quis me fascinavit
Ut sic desiperem?
O si Tu modo recipere digneris,
Omnino mihi reverti mens est:
Melius enim mihi tum fuit, prout nunc est.
Totus ergo confusus,
Nec dignus nominare
Nec invocare
Nec in corde cogitare
} Nomen Tuum
Absque ingenita Tua bonitate;
Sed enim illa fretus,
Supplex,
Demissus,
Prostratus,
} revertor ad Te;

Nec peto ut facias
Nisi quod fecisti sæpissime,
Et facis libentissime;
Quod nisi facturus etiam atque etiam,
Non subsistet ulla caro,
Nemo sustinebit.
Miserere peccatoris, peccatoris maximi,
Ac proin maxima misericordia indigentis.
Et Tibi maxima est,
Et ad cœlos usque pertingens,
Et eripiens de inferno inferiori.
Mirifica est.
Mirifica misericordiam Tuam erga me:
Quam si vis glorificare in immensum,
Prætende mihi eam.
Nunquam ea, nunquam ea in peccatoris cujusquam venia
Magis gloriosa { aut fuit,
aut futura est.
Domine, si vis ut recedam a Te, da mihi alium Te,
Alioqui non dimittam Te.
Spiritus veritatis doceat me veritatem.
IV. Tibi, Domine, confiteor
(Quia, si volo, abscondere non possum);
Tibi peccata mea plurima, maxima, gravissima.
Profiteor et dolere me, quod et Tu nosti.
Sed peccasse me plus magis prout dolor est,
Qui mihi adjacet quo peccata defleam.
Deest mihi dolor tantus, deest plane.
Longe absum ab eo quam par est esse.
Multum peccare possum;

Multum dolere non possum.
Ariditas mea, ariditas mea! væ mihi!
Non possum multum, sed cupio multum.
Scio enim nec multum, satis multum esse.
Utinam is dolor suppeteret mihi;
utinam vero et major.
Sed nequeo impetrare a me.
Exarui, exarui velut testa.
Væ mihi!
Tu, Domine, { adauge, quem habeo, / supple, quem non habeo, } fontem lacrymarum,
liquefactum cor, gemitus inenarrabiles.
Interim, cum mihi promptus sit animus,
Acceptum habeas me secundum id quod habeo,
Non secundum id quod non habeo.
Extendam autem, quia intendere non possum magis,
Per omnes annos vitæ meæ.
V. Sed toties relapsus, qua fronte, qua mente
Reverti nunc potero?
Nulla. Totus enim confusus,
Confusione mea opertus { incedo, / sedeo, / jaceo.
Nec auderem facere,
Nec facerem, quin plane desperarem penitus,
Et, quod desperantes faciunt, facerem,
Nisi quia spes adhuc reliqua.
Quæ spes?
Usque ad septuagies septies
Porrigere Te misericordiam Tuam.

Et ultra,
Hanc enim mensuram nobis commendasti.
Nobisne, ut nos inter nos eam præstemus,
Tute vero eandem ut non præstes?
Præstabis vero et multo magis.
Absit enim ut plus in nobis perfectionis esse velis,
quam in Teipso est.
Ut nos ad septuagies septies velis remittere,
Nolis autem Ipse.
Quia Tua nostram superat misericordia,
Quantum Tu nos.
Illa ergo fretus,
Saltem quadringenties nonagies condonante
misericordia Tua,
A longe stans provolvo me,
Et demississime, ut par est, humillimeque
Percutiens illud
(Quod me non satis percutit) cor meum,
Dico } iterum iterumque,
Ingemino }

Propitius esto, {
Domine, mihi peccatori,
Mihi miserrimo peccatori,
Mihi peccatorum primo,
Mihi toti peccato,
Peccato καθ' ὑπερβολήν,

O, cui nunquam sine spe veniæ supplicatur!
VI. Ille vero ut propitius sit, at tu non doleas?
Non peto.
Doleo enim utcunque;
Metuo quidem ut satis.

Cuperem ut magis;
Gauderem si magis;
Doleo, quia non magis.
Cupio enim ut magis possem, et
Doleo quia magis non possum.
Fateor dolendum dolorem meum,
Et doleo ipse tam dolendum.
Et, O quis mihi det, ut plus magisque possem?
Ego, si penes me esset, præstarem.
Sed penes me non est;
In potestate mea non est.
Penes me quidem est appretiare quod plus magis;
Velle etiam ut plus magis.
Velle mihi adjacet; perficere autem non invenio.
Tu, Domine, da, penes Te est ut des.
Tu qui vertis vel silicem in aquas stagnantes.
Da lacrymas; da fontem capiti meo.
Da gratiam lacrymarum.
Rorate, cœli, desuper,
Et rigate ariditatem deserti mei.
Da, Domine, gratiam hanc,
Nullum mihi donum gratius,
Non si opes multas,
Non si terrena vel optima;
Quam si mihi lacrymas;
Quales Davidi olim, vel Jeremiæ:
Quales Magdalenæ, vel Petro indulsisti.
Saltem stillantem oculum,
Ne totus sim silex.
Non ut stratum meum lavare possim,

Non ut pedes Tuos rigare,
Non copiose, ut Jeremias,
Non amare, ut Petrus,
(Quanquam O, si sic!)
At vel lacrymulam saltem unam
Atque alteram supple;
Quam Tu in utre Tuo recondas,
Quam in commentarios Tuos referas.
Sin nec hoc impetro, ah, pumex!
Ah me, vere calcem! in aqua frigida ferventem,
Extra, ubi minus oportet, absque fervore,
Ubi non oportet dolentem satis,
Ubi maxime oportet, frigidum, aridum, emortuum,
Saltem de lacrymis Christi Tui
Imperti mihi aliquas,
Quas in diebus carnis suæ fudit ubertim.
Imperti O mihi de iis.
Supersunt in illo mihi, quæ in me mihi desunt.

Oratiuncula post Confessionem.

O Servator mi, Christe, Servator mi,
Quis mihi det, ut prius moriar
quam Te denuo offendam,
Christe Servator mi, O Servator mi?
O Domine, novum supervenisse Spiritum
Nova vitæ ratio demonstret;
Nam pœnitentia vera, nova vita,
Et vera confessio, sine intermissione pœnitere,
Observando Sabbatum perpetuum

A peccato ejusque { Occasione, Fomite, Periculo.

Sicut enim pœnitentia destruit vetera peccata,
Sic nova peccata pœnitentiam.

Oratio Præparatoria.

Domine, paratum est cor meum:
(sic Psaltes, *Psal.* cviii. 1.)
Sed, Domine, metuo ne meum non sit;
Cupio certe, et doleo si minus.
Utinam esset paratum! hei mihi, quod non est!
Domine, dispono me, et præparo.
Adjuva dispositionem, et præparationem meam supple.
Ponam peccata mea coram me,
Ut non sint coram Te.

Ante Concionem Cautela cum Precatione ex Fulgentii l. i. ad Mon.

Prædicator laboret, ut libenter, ut intelligenter, et obedienter audiatur. Et hoc se posse magis pietate orationum, quam orationis facultate, non dubitet. Orando pro se, ac illis quos est allocuturus, sit prius orator, quam doctor; et devote accedens, priusquam exserat proferentem linguam ad Deum, elevet animam sitientem; ut eructet, quod inde biberit, et effundat quod impleverit.

Ergo a vero Domino ac Magistro nostro postulare non desino, ut ea me, sive per eloquia Scripturarum suarum, sive per sermocinationem fratrum, sive per inspira-

tionis suæ internam suavioremque doctrinam docere dignetur; quæ sic proponam, sic asseram, ut in propositionibus et assertionibus meis, veritati semper inhæream: ab hac ipsissima veritate postulo, doceri multo plura quæ nescio, a quo accepi pauca quæ scio.

Ipsam rogo ut (præveniente ac subsequente misericordia) quæcunque salubriter scienda nescio, doceat me; in his, quæ vera novi, custodiat me; in quibus, ut homo fallor, corrigat me; in quibus veris titubo, confirmet me, et a falsis et noxiis eripiat me, et ea faciat de ore meo procedere, quæ sunt coram ipsa veritate principaliter grata, sic fiant fidelibus cunctis accepta, per Jesum Christum, Dominum ac Servatorem nostrum.

Ἀφορμαὶ *Meditationum ante Preces Pœnitentiales.*

Luc. x. 41. Μεριμνᾷς περὶ πολλά, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία.

Act. vi. 4. Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν.

Luc. xxi. 36. Ἀγρυπνεῖτε ἐν παντὶ καιρῷ, δεόμενοι ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι.

Ecclus. xiii. 14. Per omnem vitam tuam dilige Deum, et invoca Eum pro salute tua.

Ecclus. vii. 17. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.

Jo. iii. 27. Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδέν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον.

Cyprian. Si Ille orabat qui sine peccato erat, quanto magis peccatorem orare oportet.

Idem. Deus autem non vocis, sed cordis, auditor est.

August. Plus gemitibus, quam sermonibus agitur.

A peccato ejusque { Occasione, Fomite, Periculo.

Sicut enim pœnitentia destruit vetera peccata,
Sic nova peccata pœnitentiam.

Oratio Præparatoria.

Domine, paratum est cor meum:
(sic Psaltes, *Psal.* cviii. 1.)
Sed, Domine, metuo ne meum non sit;
Cupio certe, et doleo si minus.
Utinam esset paratum! hei mihi, quod non est!
Domine, dispono me, et præparo.
Adjuva dispositionem, et præparationem meam supple.
Ponam peccata mea coram me,
Ut non sint coram Te.

Ante Concionem Cautela cum Precatione ex Fulgentii l. i. *ad Mon.*

Prædicator laboret, ut libenter, ut intelligenter, et obedienter audiatur. Et hoc se posse magis pietate orationum, quam orationis facultate, non dubitet. Orando pro se, ac illis quos est allocuturus, sit prius orator, quam doctor; et devote accedens, priusquam exserat proferentem linguam ad Deum, elevet animam sitientem; ut eructet, quod inde biberit, et effundat quod impleverit.

Ergo a vero Domino ac Magistro nostro postulare non desino, ut ea me, sive per eloquia Scripturarum suarum, sive per sermocinationem fratrum, sive per inspira-

tionis suæ internam suavioremque doctrinam docere dignetur; quæ sic proponam, sic asseram, ut in propositionibus et assertionibus meis, veritati semper inhæream: ab hac ipsissima veritate postulo, doceri multo plura quæ nescio, a quo accepi pauca quæ scio.

Ipsam rogo ut (prævenieute ac subsequente misericordia) quæcunque salubriter scienda nescio, doceat me; in his, quæ vera novi, custodiat me; in quibus, ut homo fallor, corrigat me; in quibus veris titubo, confirmet me, et a falsis et noxiis eripiat me, et ea faciat de ore meo procedere, quæ sunt coram ipsa veritate principaliter grata, sic fiant fidelibus cunctis accepta, per Jesum Christum, Dominum ac Servatorem nostrum.

Ἀφορμαὶ *Meditationum ante Preces Pœnitentiales.*

Luc. x. 41. Μεριμνᾷς περὶ πολλά, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία.

Act. vi. 4. Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν.

Luc. xxi. 36. Ἀγρυπνεῖτε ἐν παντὶ καιρῷ, δεόμενοι ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι.

Ecclus. xiii. 14. Per omnem vitam tuam dilige Deum, et invoca Eum pro salute tua.

Ecclus. vii. 17. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.

Jo. iii. 27. Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον.

Cyprian. Si Ille orabat qui sine peccato erat, quanto magis peccatorem orare oportet.

Idem. Deus autem non vocis, sed cordis, auditor est.

August. Plus gemitibus, quam sermonibus agitur.

A peccato ejusque { Occasione, Fomite, Periculo.

Sicut enim pœnitentia destruit vetera peccata,
Sic nova peccata pœnitentiam.

Oratio Præparatoria.

Domine, paratum est cor meum:
(sic Psaltes, *Psal.* cviii. 1.)
Sed, Domine, metuo ne meum non sit;
Cupio certe, et doleo si minus.
Utinam esset paratum! hei mihi, quod non est!
Domine, dispono me, et præparo.
Adjuva dispositionem, et præparationem meam supple.
Ponam peccata mea coram me,
Ut non sint coram Te.

Ante Concionem Cautela cum Precatione ex Fulgentii l. i. *ad Mon.*

Prædicator laboret, ut libenter, ut intelligenter, et obedienter audiatur. Et hoc se posse magis pietate orationum, quam orationis facultate, non dubitet. Orando pro se, ac illis quos est allocuturus, sit prius orator, quam doctor; et devote accedens, priusquam exserat proferentem linguam ad Deum, elevet animam sitientem; ut eructet, quod inde biberit, et effundat quod impleverit.

Ergo a vero Domino ac Magistro nostro postulare non desino, ut ea me, sive per eloquia Scripturarum suarum, sive per sermocinationem fratrum, sive per inspira-

tionis suæ internam suavioremque doctrinam docere dignetur; quæ sic proponam, sic asseram, ut in propositionibus et assertionibus meis, veritati semper inhæream: ab hac ipsissima veritate postulo, doceri multo plura quæ nescio, a quo accepi pauca quæ scio.

Ipsam rogo ut (prævenieute ac subsequente misericordia) quæcunque salubriter scienda nescio, doceat me; in his, quæ vera novi, custodiat me; in quibus, ut homo fallor, corrigat me; in quibus veris titubo, confirmet me, et a falsis et noxiis eripiat me, et ea faciat de ore meo procedere, quæ sunt coram ipsa veritate principaliter grata, sic fiant fidelibus cunctis accepta, per Jesum Christum, Dominum ac Servatorem nostrum.

Ἀφορμαὶ *Meditationum ante Preces Pœnitentiales.*

Luc. x. 41. Μεριμνᾷς περὶ πολλά, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία.

Act. vi. 4. Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν.

Luc. xxi. 36. Ἀγρυπνεῖτε ἐν παντὶ καιρῷ, δεόμενοι ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι.

Ecclus. xiii. 14. Per omnem vitam tuam dilige Deum, et invoca Eum pro salute tua.

Ecclus. vii. 17. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.

Jo. iii. 27. Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον.

Cyprian. Si Ille orabat qui sine peccato erat, quanto magis peccatorem orare oportet.

Idem. Deus autem non vocis, sed cordis, auditor est.

August. Plus gemitibus, quam sermonibus agitur.

Beda. Ideo Christus ingemuit, ut nobis gemendi daret exemplum.

Arnob. Non desiderat Deus nos supplices esse, aut amat substerni; utilitas hæc nostra est, et commodi nostri rationem habet.

Aug. Ascendit precatio, descendit miseratio.

Ambr. Uberior est Dei gratia quam precatio: semper plus tribuit Deus quam rogatur.

Ambr. Jubet Deus ut petas, et docet quid petas, et promittit quod petis, et displicet Ei, si non petis; et tu non petis tamen?

Oratio est breviarium fidei, interpres spei.

Non passibus, sed precibus, itur ad Deum.

Fides fundit orationem, et fundatur in oratione.

Col. iv. 12. Perge igitur *ἀγωνίζεσθαι ἐν προσευχαῖς.*

Luc. xviii. 1. Πάντοτε *προσεύχεσθαι καὶ μὴ ἐκκακεῖν.*

Jo. iv. 23. ——— *ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ.*

Meditationum ἀφορμαὶ ante Intercessionum.

2 *Cor.* ix. 15. *Χάρις τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ.*

Aug. Inenarrabile donum Dei esse dicit Apostolus, dum plurimi sibi mutui succurrunt officiis, et pro se mutuo orant, et gratias agunt.

1 *Sam.* xii. 23. *Ἐμοὶ δὲ μηδαμῶς γένοιτο, τὸ ἁμαρτεῖν ἐνώπιον τοῦ Κυρίου· ἀνιέναι τοῦ προσεύχεσθαι ἐνώπιον αὐτοῦ ὑπὲρ ὑμῶν,* inquit Samuel.

Hieron. In præsenti sæculo, scimus nos orationibus posse adjuvari; cum autem ante tribunal Christi

venerimus, nec Job, nec Daniel, nec Noah pro nobis rogare possunt, sed unusquisque portat onus suum.

Rom. viii. 26. Τὸ Πνεῦμα *ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις.*

Aug. contra Max. Postulat Spiritus pro nobis gemitibus inenarrabilibus: num tuus vel meus spiritus est inenarrabilis, qui sæpe nullus, sæpe frigidus est? sed quia nullus est dies, nullum momentum, quo non a sanctis supplicatur Deo, ab uno ferventius, ab alio tepidius: et quia omnes unam Columbam constituunt, hinc fiunt gemitus inenarrabiles, nempe ex omnibus in commune gemitibus, qui omnibus in Ecclesiæ corpore constituti prosunt.

Qui pro aliis orat, pro se laborat.

Si pro te solo rogas, rogabis pro te solus.

Si oras pro omnibus, orabunt pro te.

Meditationum ἀφορμαὶ ante Εὐχαριστίαν *ἢ* Εὐλογίαν.

Ecclus. xv. 9. Οὐχ *ὡραῖος ὁ αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλῶν.*

Psal. lii. 10. *Ὅτι χρηστὸν ἐναντίων τῶν ὁσίων.*

Psal. cxlv. 10. Confiteantur Tibi, Domine, omnia opera Tua, et sancti Tui benedicant Tibi.

Psal. lxxxix. 16. Μα*κάριος ὁ γινώσκων ἀλαλάγματα.*

Judith xvi. 16. Μ*ικρὸν πᾶσα θυσία εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.*

Ecclus, xliii. 27. Πο*λλὰ ἐροῦμεν καὶ οὐ μὴ ἐφικώμεθα.*

Aug. Conf. l. i. Væ tacentibus de Te, Domine: quoniam etiam loquaces muti sunt.

לך דומיה תהלה, *tacet tibi laus vel Psalmus,*

i. e. Opera Tua non attingit, plus habet silentii; et videtur procedere ex ore lactentium. *Psal.* viii. 2.

Bar. iv. 28. Ὥσπερ ἐγένετο ἡ διάνοια ὑμῶν εἰς τὸ πλανηθῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, διπλασιάσατε ἐπιστραφέντες ζητῆσαι αὐτόν.

Ut antea in peccatis, sic jam in bonis operibus et laudibus Dei abundemus.

Ἀλλὰ τίς εἰμι ἐγὼ, Κύριε—&c.

Oratio præparatoria ante Εὐλογίαν.

Fac me, Domine, pœnitentiæ meæ, laudibusque Tuis vacare, Χωρῆσαι εἰς μετάνοιαν καὶ εὐλογίας.

Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem Tuam.

Sed peccantem me, Domine, et prorsus indignum magis deceret coram Te jacere prostratum, ac cum fletu ac gemitu peccatorum veniam postulare, quam Te ore polluto laudare.

Verum de ingenita Tua bonitate confido;
O suscipe laudes quas decantare desidero,
Indignus peccator,
Certe indignus,
Sed utinam devotus et Tibi gratus.

Monita et Meditationes præparatoriæ in Vespertina ad Deum elevatione mentis.

In bello cantus est { ἐγκελευστικὸς, ad agendum accommodatus.
ἀνακλητικὸς, quo palantes revocantur. }

Sic mens humana ut mane excitanda, ita ad vesperum quasi anacletico ad se ducemque suum revocanda,

Per { Scrutinium et inquisitionem vel examen sui, Preces et gratiarum actiones. }

Scrutinium et Inquisitio, vel Examen.

Aug. Vir bonus præponit scire infirmitatem suam, magis quam scire fundamenta terræ, et fastigia cœli.

Illa vero scientia infirmitatis suæ non paratur absque inquisitione diligenti; sine qua cæcus plerumque est animus, atque in propriis nihil videt.

Cicero. Multæ sunt in animo latebræ multique recessus, etc.

Seneca. Deprehendas te oportet, antequam emendes.

Ignotum ulcus in deterius abit, et curatione destituitur.

Jer. xvii. 9. *Βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα.*

Cor profundum est et tortuosum.

Homo vetus mille involucris obtegitur.

Itaque *πρόσεχε σεαυτῷ.* Attende tibi ipsi.

Hoc autem maxime inquirendum;

Quid hodie {
- Egeris, Dixeris, { Legeris, Scripseris. }
- quod {
  - deceat Christianum, sacerdotem, patrem, etc.
  - confirmet fidem, obedientiam, augeat scientiam.
  - vel regimen { animi, corporis. }
  - operetur salutem { tuam, aliorum. }

i. e. Opera Tua non attingit, plùs habet silentii; et videtur procedere ex ore lactentium. *Psal.* viii. 2.

Bar. iv. 28. *Ὥσπερ ἐγένετο ἡ διάνοια ὑμῶν εἰς τὸ πλανηθῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, διπλασιάσατε ἐπιστραφέντες ζητῆσαι αὐτόν.*

Ut antea in peccatis, sic jam in bonis operibus et laudibus Dei abundemus.

Ἀλλὰ *τίς εἰμι ἐγὼ,* Κύριε—&c.

Oratio præparatoria ante Εὐλογίαν.

Fac me, Domine, pœnitentiæ meæ, laudibusque Tuis vacare, Χωρῆσαι *εἰς μετάνοιαν καὶ εὐλογίας.*

Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem Tuam.

Sed peccantem me, Domine, et prorsus indignum magis deceret coram Te jacere prostratum, ac cum fletu ac gemitu peccatorum veniam postulare, quam Te ore polluto laudare.

Verum de ingenita Tua bonitate confido;
O suscipe laudes quas decantare desidero,
Indignus peccator,
Certe indignus,
Sed utinam devotus et Tibi gratus.

Monita et Meditationes præparatoriæ in Vespertina ad Deum elevatione mentis.

In bello cantus est { ἐγκελευστικὸς, ad agendum accommodatus. / ἀνακλητικὸς, quo palantes revocantur. }

Sic mens humana ut mane excitanda, ita ad vesperum quasi anacletico ad se ducemque suum revocanda,

Per { Scrutinium et inquisitionem vel examen sui, / Preces et gratiarum actiones. }

Scrutinium et Inquisitio, vel Examen.

Aug. Vir bonus præponit scire infirmitatem suam, magis quam scire fundamenta terræ, et fastigia cœli.

Illa vero scientia infirmitatis suæ non paratur absque inquisitione diligenti; sine qua cæcus plerumque est animus, atque in propriis nihil videt.

Cicero. Multæ sunt in animo latebræ multique recessus, etc.

Seneca. Deprehendas te oportet, antequam emendes.

Ignotum ulcus in deterius abit, et curatione destituitur.

Jer. xvii. 9. Βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα.

Cor profundum est et tortuosum.

Homo vetus mille involucris obtegitur.

Itaque *πρόσεχε σεαυτῷ.* Attende tibi ipsi.

Hoc autem maxime inquirendum;

Quid hodie {
Egeris, / Dixeris, { Legeris, / Scripseris. }
quod {
deceat Christianum, sacerdotem, patrem, etc.
confirmet fidem, obedientiam, augeat scientiam.
vel regimen { animi, / corporis. }
operetur salutem { tuam, / aliorum. }
}
}

i. e. Opera Tua non attingit, plùs habet silentii; et videtur procedere ex ore lactentium. *Psal.* viii. 2.

Bar. iv. 28. *Ὥσπερ ἐγένετο ἡ διάνοια ὑμῶν εἰς τὸ πλανηθῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, διπλασιάσατε ἐπιστραφέντες ζητῆσαι αὐτόν.*

Ut antea in peccatis, sic jam in bonis operibus et laudibus Dei abundemus.

Ἀλλὰ *τίς εἰμι ἐγὼ,* Κύριε—&c.

Oratio præparatoria ante Εὐλογίαν.

Fac me, Domine, pœnitentiæ meæ, laudibusque Tuis vacare, Χωρῆσαι *εἰς μετάνοιαν καὶ εὐλογίας.*

Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem Tuam.

Sed peccantem me, Domine, et prorsus indignum magis deceret coram Te jacere prostratum, ac cum fletu ac gemitu peccatorum veniam postulare, quam Te ore polluto laudare.

Verum de ingenita Tua bonitate confido;
O suscipe laudes quas decantare desidero,
Indignus peccator,
Certe indignus,
Sed utinam devotus et Tibi gratus.

Monita et Meditationes præparatoriæ in Vespertina ad Deum elevatione mentis.

In bello cantus est { *ἐγκελευστικὸς,* ad agendum accommodatus. / *ἀνακλητικὸς,* quo palantes revocantur. }

Sic mens humana ut mane excitanda, ita ad vesperum quasi anacletico ad se ducemque suum revocanda,

Per { Scrutinium et inquisitionem vel examen sui, / Preces et gratiarum actiones. }

Scrutinium et Inquisitio, vel Examen.

Aug. Vir bonus præponit scire infirmitatem suam, magis quam scire fundamenta terræ, et fastigia cœli.

Illa vero scientia infirmitatis suæ non paratur absque inquisitione diligenti; sine qua cæcus plerumque est animus, atque in propriis nihil videt.

Cicero. Multæ sunt in animo latebræ multique recessus, etc.

Seneca. Deprehendas te oportet, antequam emendes.

Ignotum ulcus in deterius abit, et curatione destituitur.

Jer. xvii. 9. Βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα.

Cor profundum est et tortuosum.

Homo vetus mille involucris obtegitur.

Itaque πρόσεχε σεαυτῷ. Attende tibi ipsi.

Hoc autem maxime inquirendum;

Quid hodie {
- Egeris, / Dixeris, { Legeris, / Scripseris. }
- quod {
  - deceat Christianum, sacerdotem, patrem, etc.
  - confirmet fidem, obedientiam, augeat scientiam.
  - vel regimen { animi, / corporis. }
  - operetur salutem { tuam, / aliorum. }
  }
}

Deum Ipsum videmus singulos primæ creationis dies non aliter claudentem, quam per recognitionem operum cujusque diei.

Et vidit quod bona essent. *Gen.* i. [31.]

Cicero. Cato diurni negotii a se rationem exigebat, et Pythagoras etiam.

Ausonius ex Pythagora:

Nec prius in dulcem declinent lumina somnum,
Omnia quam longi repetiveris acta diei.

Rex David, exacto die, meditabatur,

καὶ ἔσκαλλε τὸ Πνεῦμα.

In hoc Areopagitico et nocturno examine,

Vide ne patronum te ostendas peccatorum, sed judicem.

Et in tribunali mentis tuæ dic,

(Dic cum dolore et indignatione)

Iniquitatem meam agnosco, Domine, *Psal.* li. 3.

O quis dabit menti meæ flagella,

Quæ peccatis meis non parcant? *Ecclus.* xxiii. 2.

Εἰ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. 1 *Cor.* xi. 31.

Oratio est { *κοιμωμένων φύλαξ*, dormientium custos, *ἐγρηγορότων θάρσος*, vigilantium fiducia. *Gr. Nyss.* }

Neque eum tutum arbitramur, qui non fuerit Orationis armis præsidioque munitus.

Recte igitur *Rab. J.* de pœnitentia non in crastinum differenda,

ראה חזתלת התועלת והתשועה נכזבה

(i. e.) Ecce spes fructus et salutis falsa sibi erit in æternum, nisi animam tuam etiam hac nocte eripueris.

Et hujusmodi examen si per aliquot dies aut unum saltem mensem fiat (cum pœnitentia), sufficiet ut perfectus virtutis habitus generetur.

Sequitur Hymnus Matutinus, usus antiquissimi in Ecclesia, ex MS. Alexandrino Bibliothecæ Regiæ. Accedit et Vespertinus, quia vetus. De utroque consulendus est Rev. Usserius, pp. 41, 43. *Lib. de Symbolis.*

Deum Ipsum videmus singulos primæ creationis dies non aliter claudentem, quam per recognitionem operum cujusque diei.

Et vidit quod bona essent. *Gen.* i. [31.]

Cicero. Cato diurni negotii a se rationem exigebat, et Pythagoras etiam.

Ausonius ex Pythagora:

Nec prius in dulcem declinent lumina somnum,
Omnia quam longi repetiveris acta diei.

Rex David, exacto die, meditabatur,

καὶ ἔσκαλλε τὸ Πνεῦμα.

In hoc Areopagitico et nocturno examine,

Vide ne patronum te ostendas peccatorum, sed judicem.

Et in tribunali mentis tuæ dic,.

(Dic cum dolore et indignatione)

Iniquitatem meam agnosco, Domine, *Psal.* li. 3.

O quis dabit menti meæ flagella,

Quæ peccatis meis non parcant? *Ecclus.* xxiii. 2.

Εἰ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. 1 *Cor.* xi. 31.

Oratio est { *κοιμωμένων φύλαξ*, dormientium custos, *ἐγρηγορότων θάρσος*, vigilantium fiducia. *Gr. Nyss.* }

Neque eum tutum arbitramur, qui non fuerit Orationis armis præsidioque munitus.

Recte igitur *Rab. J.* de pœnitentia non in crastinum differenda,

ראה חזתלת התועלת והתשועה נכזבה

(i. e.) Ecce spes fructus et salutis falsa sibi erit in æternum, nisi animam tuam etiam hac nocte eripueris.

Et hujusmodi examen si per aliquot dies aut unum saltem mensem fiat (cum pœnitentia), sufficiet ut perfectus virtutis habitus generetur.

Sequitur Hymnus Matutinus, usus antiquissimi in Ecclesia, ex MS. Alexandrino Bibliothecæ Regiæ. Accedit et Vespertinus, quia vetus. De utroque consulendus est Rev. Usserius, pp. 41, 43. *Lib. de Symbolis.*

ΥΜΝΟΣ ΕΩΘΙΝΟΣ.*

ΔΟΞΑ ἐν ὑψίστοις Θεῷ,
καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη,
ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.
Αἰνοῦμέν σε,
εὐλογοῦμέν σε,
προσκυνοῦμέν σε,
δοξολογοῦμέν σε,
εὐχαριστοῦμέν σοι,
διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν,
Κύριε βασιλεῦ ἐπουράνιε,
Θεὲ Πατὲρ παντοκράτορ,
Κύριε Υἱὲ μονογενὲς,
Ἰησοῦ Χριστὲ,
καὶ ἅγιον Πνεῦμα.
Κύριε ὁ Θεὸς,
ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ,
ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς,
Ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου,
ἐλέησον ἡμᾶς.
Ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου,
πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν.
Ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς,
ἐλέησον ἡμᾶς.

* Hoc forsitan Carmen illud est, cujus meminit C. Plinius in Epistola xxvii. lib. x. hisce verbis, "Quod essent soliti Christiani stato die ante lucem convenire, Carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem."

HYMNUS MATUTINUS.

GLORIA in excelsis Deo,
et in terra pax,
in hominibus bonæ voluntates.
Laudamus Te,
benedicimus Te,
adoramus Te,
glorificamus Te,
gratias agimus Tibi,
propter magnam gloriam Tuam,
Domine Deus Rex cœlestis,
Deus Pater omnipotens,
Domine Fili unigenite,
Jesu Christe.
* * * * * * * *
Domine Deus,
Agnus Dei,
Filius Patris,
Qui tollis peccata mundi,
miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi,
suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris,
miserere nobis.

Ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος,
σὺ εἶ μόνος κύριος,
Ἰησοῦς Χριστὸς,
* * * * * * * * *
εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν.

ΥΜΝΟΣ ΕΣΠΕΡΙΝΟΣ.

ΦΩΣ *ἱλαρὸν ἁγίας δόξης*
ἀθανάτου Πατρὸς, οὐρανίου, ἁγίου,
μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστὲ,
ἐλθόντες ἐπὶ τοῦ ἡλίου δύσιν,
ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν,
ὑμνοῦμεν Πατέρα,
καὶ Υἱὸν,
καὶ ἅγιον Πνεῦμα Θεοῦ.
Ἄξιος εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς
ὑμνεῖσθαι φωναῖς ὁσίαις,
Υἱὲ Θεοῦ,
ζωὴν ὁ διδούς.
Διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

Quoniam Tu solus sanctus,
Tu solus Dominus,
Jesu Christe,
cum Sancto Spiritu,
in gloria Dei Patris. Amen.

HYMNUS VESPERTINUS.

LUMEN hilare sanctæ gloriæ
Immortalis Patris, cœlestis,
sancti, beati, Jesu Christe;
quum ad solis occasum pervenerimus,
lumen cernentes vespertinum,
laudamus Patrem,
Filium,
et Sanctum Spiritum Dei.
Dignus es in tempore quovis
sanctis vocibus celebrari,
Fili Dei,
vitæ dator,
Quapropter Te mundus glorificat.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΣΤΑΥΡΩΣΙΝ

Μονοστροφικά.

ἍΛΙΣ ἐνθέου φλυάρου·
Ἄμειβε, Μοῦσα, χορδὰς,
Καὶ βάρβιτον λαβοῦσα,
Σεμνὸν κρότησον ὕμνον
Σταυρουμένῳ Ἄνακτι.
Ὦ θαυμάτων ἄπληστε
Θησαυρὲ, κἀπέραντε·
Τί Σοι, τί πρῶτον εἴπω;
Θέλω λέγειν ἀνέκφατον βροτοῖσι,
Μακάρεσσί τε δαίμοσι γρῖφον,
Πῶς, Θεὸς ὢν, ἔθανες!
Θέλω λέγειν ἀνιχνίαστα βένθη
Ἐλέου, ὅτι λύτρον ὑπ' ἐχθρῶν
Υἱὸν ἔδωκε Πατήρ.
Θέλω ὑψόθ' ἀῦσαι
Θέσφατον θρίαμβον
Τριημέροιο νεκροῦ,
Καὶ αἰχμάλωτον Ἅιδην,
Καὶ θάνατον θανάτῳ δαμέντα.
Ἀλλά μοι ἀμφιβρέμει Κρανίων ὄρος,
Καὶ πολύθρου κελάδου γέμει οὔατα,
ὀλλύντων, ὀλλυμένων τε.
Ἐκθόρετ' ἐς λόφον ὄμματα,
Τίς μέσσος κρέμαται τριῶν,
(Ὡς οὐδὲν δυσὶν ἴκελος,)

IN CHRISTUM CRUCIFIXUM

MONOSTROPHICA.

SATIS fuit inspirationis nugatoriæ;
Musa, permuta chordas,
Et, barbito arrepto,
Augustum insona hymnum
Crucifixo Regi.
O miraculorum vaste
Thesaure, atque immense!
Quid tuum, quid primum dixero?
Vellem dicere inenarrabile hominibus
Beatisque Angelis ænigma,
Qui, Deus immortalis, mortuus es?
Vellem dicere imperscrutandas profunditates
Misericordiæ, quia lytrum pro hostibus
Filium præbuit Pater.
Vellem sublimiter eloqui
Mysticum triumphum
Triduani cadaveris,
Et captivum orcum,
Mortemque morte profligatam.
Nisi quod mihi circumfremit Calvariorum mons,
Et fragoso strepitu gravantur aures
Perdentium, pereuntiumque.
Exsilite ad collem, oculi;
Quis medius trium pendet,
(Quam nil duobus ille similis!)

Ἐκ δ' ἐτάθη τετράζυγι πρέμνῳ;
Πρῆϋ κάρηνον
Ἡδέως κεκυφώς,
Καὶ ὠλενῶν ἱερὸν κράτος
Ἐγκάρσιον πετάσσας,
Νηλεέσσι γόμφοις
Πεπαρμένον ἔνθα καὶ ἔνθα!
Ἄνθρωπε τάλαν, ταῦτ' ἀπαθὴς βλέπεις;
Οἴμωζε πολλά,
Ἐσθῆτα ῥῆξον,
Καὶ τύπτε στέρνον,
Καὶ τίλλε χαίτην,
Καὶ σπλάγχνα κινοῦ·
Ἦ οὐχ ὁράας ὁλοπόρφυρον;
Στίλβοντ' οὐ φλογὶ
Σιδονίης ἁλὸς, ἀλ-
λ' αἵματι σταζομένῳ,
Τῷ μὲν ἀπὸ κροτάφων
Κυκλουμένων ἀκάνθης
Ὀξυστόμοισι κουραῖς·
Τῷ δὲ καὶ ἐκ μελέων
Κεχαραγμένων ἱμάσθλης
Πικρῇσι συμπλοκῇσι.
Ἄνοιγ', ἄνοιγε
Πύλας ὀπωπῶν·
Καὶ πηγὰς βλεφάρων
Λῦσαι· Ψέκαζε, δεῦε γαῖαν,
Σὺν τῷ ἀφειδῶς
Ἑὸν αἷμα χέαν-
τ'. ὀλίγ' ἄττα λείβειν δάκρυα
Τίς φθόνος, ὦ βροτέ;

Extensus quadrijugo stipite?
Mansuetum caput
Amœne inclinans,
Et brachiorum sacrum robur
Transversum expandens,
Immitibus clavis
Perfossum hic et illic.
Homo miselle, hæccine immotus aspicis?
Plora ubertim,
Vestem conscinde,
Et tunde pectus,
Ac vellica crinem,
Medullitusque perturbare.
Nonne cernis totum-purpuratum?
Sed haud fulgentem flamma
Tyrii maris, verum
Sanguine stillante,
Partim a temporibus
Cinctis spinarum
Acriter mordente incisura;
Partim ex artubus
Insignitis flagellis
Amaro amplexu.
Aperi, aperi
Portas oculorum;
Et fontes palpebrarum
Solve: irrora, madefac terram,
Cum illo largiter
Proprium cruorem effundente.
Pauculas quasdam distillare lachrymas
Quænam invidia sit, O homo?

Ἐκ δ' ἐτάθη τετράζυγι πρέμνῳ;
Πρηῢ κάρηνον
Ἡδέως κεκυφὼς,
Καὶ ὠλενῶν ἱερὸν κράτος
Ἐγκάρσιον πετάσσας,
Νηλεέσσι γόμφοις
Πεπαρμένον ἔνθα καὶ ἔνθα!
Ἄνθρωπε τάλαν, ταῦτ' ἀπαθὴς βλέπεις;
Οἴμωζε πολλὰ,
Ἐσθῆτα ῥῆξον,
Καὶ τύπτε στέρνον,
Καὶ τίλλε χαίτην,
Καὶ σπλάγχνα κινοῦ·
Ἢ οὐχ ὁράας ὁλοπόρφυρον;
Στίλβοντ' οὐ φλογὶ
Σιδονίης ἁλὸς, ἀλ-
λ' αἵματι σταζομένῳ,
Τῷ μὲν ἀπὸ κροτάφων
Κυκλουμένων ἀκάνθης
Ὀξυστόμοισι κουραῖς·
Τῷ δὲ καὶ ἐκ μελέων
Κεχαραγμένων ἱμάσθλης
Πικρῆσι συμπλοκῆσι.
Ἄνοιγ', ἄνοιγε
Πύλας ὀπωπῶν
Καὶ πηγὰς βλεφάρων
Λῦσαι· Ψέκαζε, δεῦε γαῖαν,
Σὺν τῷ ἀφειδῶς
Ἑὸν αἷμα χέαν-
τ'. ὄλιγ' ἄττα λείβειν δάκρυα
Τίς φθόνος, ὦ βροτέ;

Extensus quadrijugo stipite?
Mansuetum caput
Amœne inclinans,
Et brachiorum sacrum robur
Transversum expandens,
Immitibus clavis
Perfossum hic et illic.
Homo miselle, hæccine immotus aspicis?
Plora ubertim,
Vestem conscinde,
Et tunde pectus,
Ac vellica crinem,
Medullitusque perturbare.
Nonne cernis totum-purpuratum?
Sed haud fulgentem flamma
Tyrii maris, verum
Sanguine stillante,
Partim a temporibus
Cinctis spinarum
Acriter mordente incisura;
Partim ex artubus
Insignitis flagellis
Amaro amplexu.
Aperi, aperi
Portas oculorum;
Et fontes palpebrarum
Solve: irrora, madefac terram,
Cum illo largiter
Proprium cruorem effundente.
Pauculas quasdam distillare lachrymas
Quænam invidia sit, O homo?

'Εκ δ' ἐτάθη τετράζυγι πρέμνῳ;
Πρῆϋ κάρηνον
Ἡδέως κεκυφὼς,
Καὶ ὠλενῶν ἱερὸν κράτος
Ἐγκάρσιον πετάσσας,
Νηλεέσσι γόμφοις
Πεπαρμένον ἔνθα καὶ ἔνθα!
Ἄνθρωπε τάλαν, ταῦτ' ἀπαθὴς βλέπεις;
Οἴμωζε πολλὰ,
Ἐσθῆτα ῥῆξον,
Καὶ τύπτε στέρνον,
Καὶ τίλλε χαίτην,
Καὶ σπλάγχνα κινοῦ·
Ἢ οὐχ ὁράας ὁλοπόρφυρον;
Στίλβοντ' οὐ φλογὶ
Σιδονίης ἁλὸς, ἀλ-
λ' αἵματι σταζομένῳ,
Τῷ μὲν ἀπὸ κροτάφων
Κυκλουμένων ἀκάνθης
Ὀξυστόμοισι κουραῖς·
Τῷ δὲ καὶ ἐκ μελέων
Κεχαραγμένων ἱμάσθλης
Πικρῆσι συμπλοκῆσι.
Ἄνοιγ', ἄνοιγε
Πύλας ὀπωπῶν
Καὶ πηγὰς βλεφάρων
Λῦσαι· Ψέκαζε, δεῦε γαῖαν,
Σὺν τῷ ἀφειδῶς
Ἑὸν αἷμα χέαν-
τ'. ὄλιγ' ἄττα λείβειν δάκρυα
Τίς φθόνος, ὦ βροτέ;

Extensus quadrijugo stipite?
Mansuetum caput
Amœne inclinans,
Et brachiorum sacrum robur
Transversum expandens,
Immitibus clavis
Perfossum hic et illic.
Homo miselle, hæccine immotus aspicis?
Plora ubertim,
Vestem conscinde,
Et tunde pectus,
Ac vellica crinem,
Medullitusque perturbare.
Nonne cernis totum-purpuratum?
Sed haud fulgentem flamma
Tyrii maris, verum
Sanguine stillante,
Partim a temporibus
Cinctis spinarum
Acriter mordente incisura;
Partim ex artubus
Insignitis flagellis
Amaro amplexu.
Aperi, aperi
Portas oculorum;
Et fontes palpebrarum
Solve: irrora, madefac terram,
Cum illo largiter
Proprium cruorem effundente.
Pauculas quasdam distillare lachrymas
Quænam invidia sit, O homo?

PRECES

PRIVATÆ

QUOTIDIANÆ.

PARS TERTIA.

ORATIONIS fundamentum et basis est fides. *Theophylact.*
Fidei fundamentum est Dei promissio.

Sursum corda.

Qui fecit vivere docuit et orare.
Eccl. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit.
Oratio cum Deo collocutio est.
Ponam peccata meam coram me, ut non sint coram Te.
Domine, paratum est cor meum.
Domine, metuo ne non sit.
Utinam esset paratum.
Hei mihi quod non est.
Domine, dispono me et præparo.
Adjuva dispositionem, et
præparationem meam supple.

CONFESSIO FIDEI.

CREDO, Domine, adjuva incredulitatem meam,
  In Deum,
    1. Patrem,
    2. Omnipotentem,
    3. Creatorem cœli et terræ.
  In Patrem, naturalem affectionem,
    Omnipotentem, potentiam salvificam,
    Creatorem, Providentiam,
      ad conservationem,
        gubernationem,
        perfectionem, vel
        consummationem,
          omnium.
  In Jesum
    Christum,
    Filium suum unigenitum,
    Dominum nostrum,
Magnum pietatis sacramentum, pro
  nobis hominibus et salute nostra
    manifestum in carne Deum,
    Hominem Deum,

Filium Patris,
Christum Spiritus,
Dominum nostrum,
quia { Creator,
Redemptor,

1. Conceptum esse, ut purgaret
immunditiem conceptionis naturæ nostræ.
2. Natum esse, ut purgaret immunditiem
nativitatis naturæ nostræ.
3. Passum,
quæ nos oportuit,
ne nos pateremur.
4. Crucifixum,
Ut tollat maledictionem legis.
5. Mortuum,
Ut tollat aculeum mortis.
6. Sepultum, ut tollat corruptionem
Corporum in sepulchro.
7. Descendisse ad inferos,
quo nos oportuit,
ne nos descenderemus unquam.
8. Resurrexisse a mortuis,
Ut resuscitaret secum una
Naturam nostram, primitiæ
factus dormientium.
9. Ascendisse in cœlum,
Ut præparet nobis locum,
ubi nobis nihil juris.
10. Sedere ad dextram Patris,
Ut indesinenter appareat

Et intercedat pro nobis.
11. Inde rediturum,
Ut recipiat nos.
12. Judicem fore
Ad consummationem omnium.

3. In Spiritum Sanctum,
Et in Eo
Potentiam ex alto sanctificantem,
Et vivificantem ad immortalitatem,
Extrinsecus et invisibiliter, sed
Efficaciter et manifeste in
Nos operantem,
Illuminatione justitiæ,
Infusione gratiæ,
In Reprehensione,
Doctrina,
Tolerantia,
Subventione,
Contestatione;
Charismata,
Fructus,
hujus Spiritus.

4. Sanctam Catholicam Ecclesiam,
Corpus mysticum capitis Christi,
Eorum quos Spiritus vocat
Ex toto mundo,
Ad fidem veritatis divinæ,
Ad sanctitatem conversationis,
Membrorum hujus corporis omnium

reciprocam participationem,
Ad
Communionem sanctorum, et
Remissionem peccatorum,
in præsente,
Ad spem
Resurrectionis et translationis
ad vitam æternam.

Credo, Domine; supple defectus fidei meæ;
Ut Te
Patrem diligam,
Omnipotentem reverear;
Tibi, ut Creatori fideli, commendem
animam meam. 1 *Pet.* iv. [19.]
Ut Verbo Tuo et Filio unico
Indesinenter memoria gratias agam,
Ut mundatori naturæ nostræ,
in { conceptione et
nativitate;
Ut liberatori personarum, in
Passionibus,
Cruce,
Morte;
Ut triumphatori
de inferno, in descensu;
de morte, in resurrectione;
Ut præcursori nostro,
in ascensione;
Advocato nostro,

in sessione;
Instauratori fidei nostræ,
in adventu secundo.
Ut Ipse Christus formetur in nobis,
ut fiamus conformes
Imagini Ejus in operibus,
Conceptioni Ejus in fide,
Nativitati Ejus in humilitate;
Pro passionibus Ejus
Sympathiam habere cum Eo,
tanquam pro nobis patientem;
Pati propter Eum quando
beneplacitum est Ei.
Antipathiam cum peccato habere,
tanquam harum passionum causam.
Ulcisci,
Crucifigere,
Mortificare,
Sepelire
peccatum in nobis.
Conformes fieri nos
Descensioni Ejus in infernum,
Crebra meditatione in infernum descendentes;
Resurrectioni, ad vitæ novitatem resurgentes;
Ascensioni, sapientes, et quærentes ea quæ sursum sunt, et viciniora saluti;
Judicio, nosmetipsos dijudi-

cantes, ne cum mundo
condemnemur.
Cum frigidi sumus in oratione,
et indigemus gratiæ alicujus
et consolationis cœlestis,
Meminisse
Cathedræ,
Apparitionis,
Intercessionis
Tuæ.
Cum fœcundi simus in affectu,
Et concupiscentia mala,
Nunquam oblivisci tremendi Tui
Et horrendi tribunalis, et
indesinenter auribus nostris
insonare sonum tubæ ultimæ.
Ut propter Christum Tuum, a Te
Patre unigenitum,
Accipiamus
Unctionem Tuam,
Gratiam salutiferam
Spiritus Sancti,
Ineffabile donum Tuum,
In salutari compunctione,
Liquida scientia,
Fervida oratione,
Diffusione charitatis.
Ne Spiritum exstinguam unquam,
Neque obnitar Ei,
Contrister Ipsum

Contumeliis unquam
Afficiam.
Ut in Ecclesia Tua simus vocati
Catholica, partes quædam
Viventes, voto et voluntate;
Sanctæ communionis simus participes,
Sanctarum personarum,
Actionum,
Precum,
Liturgiarum,
Ad fidem remissionis peccatorum,
Ad spem { Resurrectionis, Translationis, } ad vitam æternam.

Domine, adauge mihi fidem,
ut granum sinapis;
non mortuam,
temporariam,
hypocriticam,
destruentem Legem;
Sed fidem
per charitatem operantem,
operibus cooperantem,
subministratorem virtutis,
viventem,
mundam,
sanctissimam.
Amen.

CONFESSIO PECCATORUM.

CONFITEOR Tibi, Domine,
Quod conceptus sum in immundo semine, *Job*. xiv. 14.
calefactus in iniquitate
in utero matris, *Psal*. li. 6.
Radix amaritudinis, *Deut*. xxix. 18.
Labrusca Sodomæ, *Deut*. xxxii. 32.
Germen viperæ, *Matt*. iii. 7.
Surculus oleastri, *Rom*. xi. 24.
Filius iræ, *Eph*. ii. 3.
Vas perditionis, [*Rom*. ix. 22.]
Rebelle cor, instar arcus dolosi, [*Hos*. vii. 16.]
Os quasi sepulchrum patens, [*Ps*. v. 11.]
Ebulliens stultitias, [*Prov*. xv. 2.]
Polluta labia habens, [*Is*. vi. 5.]
Linguam universitatem iniquitatis, [*Jac*. iii. 6.]
Oculos nequam, pronos ad libidines, [*Ecclus*. xxxi. 13.]
Aures incircumcisas instar surdæ aspidis, [*Jer*. vi. 10.]
Frontem meretriciam instar æris, [*Jer*. iii. 3.]
Cervicem duram instar nervi ferrei, [*Is*. xlviii. 4.]
Manus remissas ad bonum, [*Heb*. xii. 12.]
Pedes veloces ad malum. [*Prov*. vi. 18.]
Quidquid egi
Vel aranearum tela est, [*Is*. lix. 5.]
Vel ovum basilisci. [*Ibid*.]

Peccavi, Domine,
Tibi, Domine, Tibi,
In oculis Tuis non reveritus
conspectum Tuum,
Ego natura putredo et vermis,
vilis pulvisculus,
Peccato, mancipium Satanæ;
Vitio, inferno vilior.

Peccavi
Peccata
numero multa, stillæ
supra capillos capitis. *Psal.* xl. 12.
Specie multiplicia,
Multiplicia locis, super omnem campum viridem,
subter omnem arborem frondosam,
Multoties, iterata multis vicibus,
Quas fons aquas,
Sic cor peccata; *Jer.* vi. 7.
Donec in habitum
coccinea, *Is.* i. 18.
venundata; 1 *Reg.* xxi. 25. *Rom.* vii. 14.
Donec in naturam
Pardi maculæ,
Æthiopis pellis; *Jer.* xiii. 23.
Donec ipse non peccator,
sed peccatum. *Mich.* i. 5.

Peccavi
Peccata
Is. lii. 8. Lata,

Jer. xxx. 14. Dura,
15. Quantitate magna,
Psal. xxv. 11. Longa, ab uberibus matris;
Is. v. 18. Crassa, funes iniquitatis;
Hos. ix. 9. Profunda,
Psal. xxxv. 4. Gravia instar { oneris. / plumbi.

Ad cœlum ipsum clamore
suo pertingentia.

Peccavi
Peccata
Qualitate pessima,
Quia gratis, propter vana, *Rom.* vi. 21.
pro pugillo hordei, pauxillo panis; *Ezech.* xiii. 19.
Quia cum aviditate, *Eph.* iv. 19.
peccatum super peccatum; [*Is.* xxx. 1.]
Quia dura fronte; *Jer.* iii. 3.
Quia in scandalum; *Matt.* xiii. 7.
Quia ingratus, *Rom.* i. 21.
Canis ad vomitum,
Sus ad volutabrum; 2 *Pet.* ii. 22.
Quia Christianus. *Gal.* ii. 21.

Inde autem, quia
Justus es Tu, et vera
Judicia Tua,
Comedo fructus mendacii.
Rom. vi. 21. Nam quem fructum jam habeo in
iis de quibus erubesco?
[*Jer.* ii. 13.] Cisternas vacuas, aquam non habentes.

Psal. xl. 9. Defecerunt in vanitate dies mei, et anni in anxietate cordis.

[*Rom.* i. 28.] Tradidisti me in desideria cordis mei, ut ea facerem quæ non convenirent.

[*Ps.* xxxviii. 3.] Et jam non est sanitas in carne mea a facie iræ Tuæ, nec pax ossibus meis a facie peccati mei.

[*Ps.* xliv. 15.] Adde huic confusionem faciei quæ mihi, ob oculos versatur, et ignominia quæ vultum obtegit.

[*Ps.* cxix. 120.] Porro cor meum fluctuans, et tremorem carnis ab æternis judiciis Tuis;

[*Jer.* ii. 19.] Denique amaritudinem supra mortem amaram, dereliquisse Deum, et derelictum esse apud Eum.

Væ mihi desertori ut
haec facerem.

Vide, Domine, quam vilis factus sum,
et jam abominatur anima
mea vitam meam. [*Job.* x. 1.]

Obrigui præ magnitudine
doloris.

Is. xxxiii. 15. Et quid dicam jam? aut in quo aperiam os meum? quid respondebo, cum ipse hæc fecerim?

Ad quem Sanctorum confugiam? [*Job.* v. 1.]

Miser et infelix homo,
quis me liberabit de corpore
mortis hujus? [*Rom.* vii. 24]

Cum non habeo ultra quod
agam dicamve, hoc solum restat,

ut oculos meos ad Te
dirigam.
Indignus qui dirigam, sed
dirigam tamen.

Psal. cxxx. 2. De profundis clamavi ad Te, Domine;
Domine, exaudi vocem meam.
Si iniquitates observaveris,
Domine, Domine, quis sustinebit?
Ne intres in judicium cum servo
Tuo, quoniam in conspectu Tuo non
justificabitur omnis vivens.

Provoco igitur, Domine, a Te
ad Te,
A Te justo,
Ad Te misericordem,
A solio justitiæ,
Ad thronum gratiæ,
A Te judice,
Ad Te in Christo Patrem.

Admitte, Domine, placidam provocationem hanc.
Ni admiseris, perimus.
Et, Domine, ad Te non pertinet, si
perimus? [*Marc.* iv. 28.]

1 *Tim.* ii. 4. Qui omnes vis salvos,
2 *Pet.* iii. 9. Qui neminem vis perire.

1. Certe, Domine, Tuus sum,
Psal. cxix. 94. quare serva me.
cxxxviii. 10. Opus manuum Tuarum, ne, quæso,
Sap. xi. 25. despexeris.

Psal. cxvi. 16. Servus Tuus, filius ancillæ Tuæ,
Matt. xviii. 27. Servus, dissipator,
at servus.
Filius Tuus, nempe pretium
Sanguinis Filii Tui, ut
adoptionem reciperem, [*Gal.* iv. 5.]
Etsi ego amisi ingenuitatem
filii, at Tu non pietatem Patris.
Luc. xv. 17. Etsi nequam, prodigus filius,
at filius tamen.
Dan. ix. 19. Nomen Tuum invocatum est super me.
Heb. xi. 16. Tu non es confusus appellari
Deus noster.
Christiani sumus,
Empti enim Christo Tuo,
Ab eo denominamur.
Parce operi Tuo,
Parce nomini Tuo,
Parce pretio sanguinis Tui,
Si non parces nobis.

2. Sed peccator sum,
Jo. ix. 30. Et peccatores non audit Deus:
Psal. lxxxix. [46.] Memorare, quæso, tamen, quæ mea substantia;
lxviii. 39. Recordare, quod caro, et quod ventus qui transit, nec revertitur.
ciii. 14. Agnosce figmentum nostrum, ex quo conflati sumus; Recordare quod tantum pulvis sumus.

Pulvis, } { fragilis,
Ventus, } { levis,
Caro, } { dissolutus.

Job. xiii. 25. Et Tu, Domine, non prosequeris stipulam.

1 *Sam.* xxiv. 15. An insectaberis pulicem?

3. Creatura Tua,
Et jam miser,
Etiam supplex ultro.
Parce supplici.

2 *Sam.* xix. 19. David pepercit Shemei maledicto,

[1 *Sam.* xiii. 14.] Et David vir secundum cor Tuum,
Tu igitur parce.

[1 *Reg.* xx. 31.] Ecce audivimus, quod reges Israel clementes sunt; ponamus ergo saccos in lumbis, et funes in capitibus nostris, et egrediamur in occursum, dicamus, Vivat, oro, anima mea;
Forsitan salvabit animos nostras.
Num ullus Rex Israel
Te clementior?

1 *Reg.* xxi. 29. Quia Tu, Domine, Achabo pepercisti, qui se dederat peccato, cum se humiliaret,
Parce et mihi, quæso.

Psal. lxxx. 4. Quamdiu irasceris populo Tuo?
Supplicanti, preces offerenti?

Job. xxx. 33. Certe, Domine, non abscondo peccatum, sicut Adam,

Psal. cxli. 4. Non excuso excusationes in peccato.

Ultro fateor,
Peccavi, iniquitatem feci,
Inique egi, rebellis fui,
1 *Cor*. xi. 30. Sed dijudico ipse me,
Recogito,
Pronuntio,
2 *Cor*. vii. 10. Vindico ipse in me.
Parce, Domine,
Suscipe sacrificium
[*Psal*. li. 17.] Spiritus contribulati,
Cordis contriti,
Animæ conturbatæ,
Renum vulneratorum,
Conscientiæ sauciæ.

4. In Te peccavi,
Atqui, Domine, aliquorum miseraberis.
Ps. lxxxix. [46.] Nunquid in vanum constituisti hominum?
Num. xiv. 15. An exprobabit Tibi inimicus, quc nos occidi, aut, quia odisti, creasti deres et deleres; aut quia servare n
Psal. lxxiv. 23. Memor esto hujus, Inimicus ravit Domino, et populus insipiens nomen Tuum.
Rom. iii. 23. Ubique omnes peccaverunt, et p runt gloriam Dei.
Job. ix. 3. Si volueris judicio contendere, terit vel justissimus respondere T pro millibus.

Pulvis, fragilis,
Ventus, levis,
Caro, dissolutus.

Job. xiii. 25. Et Tu, Domine, non prosequeris stipulam.

1 *Sam.* xxiv. 15. An insectaberis pulicem?

3. Creatura Tua,
Et jam miser,
Etiam supplex ultro.
Parce supplici.

2 *Sam.* xix. 19. David pepercit Shemei maledicto,
[1 *Sam.* xiii. 14.] Et David vir secundum cor Tuum,
Tu igitur parce.

[1 *Reg.* xx. 31.] Ecce audivimus, quod reges Israel clementes sunt; ponamus ergo saccos in lumbis, et funes in capitibus nostris, et egrediamur in occursum, dicamus, Vivat, oro, anima mea;
Forsitan salvabit animos nostras.
Num ullus Rex Israel
Te clementior?

